DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-CHEMICA DE AQUIS...

Luca Wagner

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO
ILLUSTRISSIMO
AC
EXCELLENTISSIMO
DOMINO DOMINO
SAMUELI
LIB. BAR. DE
BRUCKENTHAL
SACR. CAESAR. REG. AC APOST.
MAJEST. STATUS ET EXCELS. REG. MAGN.
PRINCIPAT. TRANSYLV. GUBERNII
UTROBIQUE ACTUALI
CONSILIARIO INTIMO.
INSIGNIS ORDINIS St. STEPHANI REGIS
APOSTOLICI CRUCIS
EQUITI.
AC
PER EUNDEM MAGNUM PRINCIPAT. PARTESQUE EIDEM REAPPLICATAS
PROVINCIALI
CANCELLARIO REGIO
DOMINO DOMINO
GRATIOSISSIMO.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIME
AC
EXCELLENTISSIME
DOMINE!

E Innata illa, qua omnes ſcientiarum Cultores, litterarum amatores, inprimis autem Patriae filios complecti ſoles, benevolentia fretus, praeſentes laborum medicorum primitias, perſona TUA *haud ſatis dignas, Excellentiſſimo* TUO NOMINI *demiſſiſſima mente ſacras dicere au-*

de-

Digitized by Google

debam. Spero fore ut non deſpiceris exilem ac imbecillem hunc meum conatum, qui quanquam ſit tenuis, attamen ſummae devotionis meae eſt, memoris Gratiae TUAE erga me animi teſtimonium, ad eundemque redundat fontem unde promanare conſuevit. Perterret omnis adulationis umbra, quin laudes TUAS, quibus vix non omni-

um

Digitized by Google

um quorum Patriae ſalus cordi eſt animi abunde imbuuntur, canam; cum non ſolum litterarum ſectatoribus et occaſionem, et media, et incitamenta ad ſuas omnes partes explendas inque publicum bonum collocandas ſufficienter ſubminiſtrare ſoles, ſed etiam caeteris in rebus TE ubique eum praeſtas, quem Patriae ſors expoſtulat. Non potuit itaque occa-

ſio

Digitized by Google

ſio mihi contingere unquam gratior acceptiorque quam ea, qua luculenter et abſque omni adulatione meam erga Principem obedientiam, erga TE gratitudinem, erga Patriam amorem teſtari poſſum. Concoeperat Auguſta Patriae Mater animo Medicatarum Magni Tranſylvaniae Principatus aquarum, et nomina et poteſtates in acta referenda eſſe, TU

Man-

Digitized by Google

Mandata pro ea, qua es in rebus omnibus: tum maxime imperii promptitudine ad univerſos Comitatus et Principatus ſedes deferri juſſiſti, ut ſatisfieret urſiſti; ea quantum viribus noſtris licuit nos confecimus, exhauſuri ſi potuiſſemus. Et dum nunc ego omnium in utili adeo et Patriae adeo neceſſaria cauſſa laborantium ſollicitudines, itinera, labores colli-

go,

Digitized by Google

go, collectos TIBI offero: me et illos TUIS Favoribus et Gratiis de meliore nota commendo.

ILLUSTRISSIMI

AC

EXCELLENTISSIMI

NOMINIS TUI

devotiſſimus Cultor
AUCTOR.

Digitized by Google



PRAEFATIO.

Quam ſalutare ac laudabile hocce AUGUSTISSIMAE MAJESTATIS fuerit inſtitutum, ut Phyſicis omnibus, Medicis et Chyrurgis totius AUSTRIACAE ditionis injungeretur, ſi quas ſalutares in eorum territorio detexerint aquarum ſcaturigines, eas methodo ſcientifica examinarent, ac de earum ſitu, contentis, effectibus ſincere Magiſtratibus renunciarent, vel inde patet: quod hac ratione viliori etiam praetio noſtrarum regionum aquae, et virtute ſaepius prae extraneis

ex-

Digitized by Google

excellentiores haberi poſſint, et in pauperum aegrotorum, cum in pertinaciſſimis etiam morbis medicati fontes tantae ſint utilitatis, uſum trahi quoque valeant. Cum nunc tantus Magni Principatus Tranſylvaniae aquarum mineralium numerus, tantaque ejusdem provinciae ad confinia Vallachiae et Moldaviae ſit fontium ſalutiferorum frequentia, ut ab altera ad alteram extremitatem usque orientem verſus vix locum quemdam ſub montibus invenias, in quo non ſimilis ſoterius latex thermis aut balneis adaptandus deprachendatur, aut ſaltem ſenſibus noſtris acidularem ſui praebeat indolem: huic ſalutari AUGUSTISSIMAE Mandato et ego obtemperaturus, conſilium Clariſſimi, mihi in aeternum venerandi Praeceptoris CRANTZ, cui omnia debeo, ſequebar, arduumque hoc penſum, collectionem nempe mineralium aquarum Patriae, elaborandum ſuſcepi.

Ex-

Digitized by Google

Exploratores nulli, hiſtoriographi pauci, qui praeter nomenclaturam, vel de virtute harum aqarum, contentis hucusque quidquam ſcripſiſſent. Solus per-Illuſtris ac Clariſſimus Profeſſor, qui in laborioſiſſimum hoc opus quam maxime inſudavit, gravitate rei et propenſo in Patriam animo ductus, explendaeque omnis, quam Patria, quam Respublica litteraria unquam ab ipſo ſperare poterant expectationis ergo, quaedam amicorum et diſcipulorum excitavit ingenia, ut ad ſalutarem noſtrum hunc conatum ſublevandum, quantum fieri poteſt, laborioſas admoverint manus. Neque huic deſiderio defuerunt aliqui Egregii Viri, inter quos, Expertiſſimus *Máttyus* et *Váſárhellyi* Medic. Doctores maximum ad id munus, ſuum contulerunt ſymbolum. Sunt adhuc et alii, qui partim juſſu publico, partim miſeria aegrorum in hanc rem contendere conati; quorum vero inveſti-

ga-

Digitized by Google

gatio vel admodum manca deprehenditur, vel plane pro aliqua conjectura reputanda eſt. Attamen ſpectabilis ac Generoſus Vir *Seivert* Medicin. Doct. et Cibinienſis Senator, plurima de quibusdam harum aquarum fontibus obſervata practica mecum communicavit, ut nunc par animo periculum ſuſcipere, & de Patriæ medicatis aliquid diſſerere mihi liceat. Interim Viros harum rerum non ignaros, populares inprimis meos rogo, ut ſi alicubi me erraſſe obſervaverint, ſedulo moneant, addenda ſuggerant, ut perfectum poſt hac, de eadem materia opus, in quantum fieri poteſt, prodeat: memores, quod publicum Patriae bonum junctis viribus promoveri opporteat.

THE-

THESES.

I.

Syſtemata, niſi obſervationibus et experimentis nata, in medicina non ſunt admittenda.

II.

In Variolis methodus antiphlogiſtica cum regimine frigido hucusque eſt optima.

III.

In evacuanda morbi materia, eam quam natura affectat viam Medicus ſequatur, et medicamentis convenientibus evacuetur.

IV.

Cortex peruvianus in morbis malignis putridisque, ut et acida mineralia ſummae ſunt efficatiae.

V.

In inſtituenda Venae ſectione in morbis acutis non eſt habenda ratio dierum, verum ſymptomata reſpicienda ſunt.

VI.

Animi affectus in corpus humanum maximum habent imperium.

VII.

Vetat prudentia cujusdam morbi ſpecifica rejicere, quod non in toto ejus decurſu & omnibus ſub circumſtantiis conducant.

VIII.

Medicamenta ideo inutilia dicta, quod humoribus noſtris non ſolvantur, male rejiciuntur.

IX.

Bilis maximum concoctionis adminiculum, ut et cauſa princeps expulſionum foecum eſt.

X. Foe-

Digitized by Google

X.

Foelicius multo praecaventur morbi a ſaburra et bile putrida in primis viis haerente, oriundi, exhibito evacuante per emeſin aut alvum medicamento, quam ut diluenti et acido eam corrigendo diu inſiſtatur.

XI.

Vomituritiones medicamentum emeticum ſaepe expoſtulant, tamen vomitum vomitu curare pernicioſiſſimum eſt ſaepiſſime.

XII.

Nec adeo tuto infantibus emeticum, cujus actio ſemper violenta eſt, propinatur.

XIII.

In iſchuria ſpuria validum diureticum ſemper nocet.

XIV.

Symptomata calculi, non ſemper eundem praeſentem eſſe, arguunt, ſed ſaepius et alia mala, quae vaſis uropoieticis contingere poſſunt. (v. g. ut ſcirrhus veſicae, exulceratio &c.) deſignant.

XV.

Medicamentum lithontripticum certum, et omnibus in caſibus optatum praeſtans effectum, non datur.

Digitized by Google



AQUAE MAGNI PRINCIPATUS TRANSYLVANIAE.

I. COMITATUS ALBENSIS.

AR APATAKA. ACID: TRANSYL.

Pagus in Comitatus Albenſis parte ſuperiori, quinque circiter horis *Corona* urbe diſſitus ſua in ſylva guſtui multum placentes poſſidet acidulas ochram ponentes, Expertiſs. Med. Doctor Stephanus *Máttyus* Sedis Siculical. Márus Phiſic. Ordinar. Analyſim deſiderat Clariſs. Profeſs. CRANTZ.

Digitized by Google

HIDVÉG ACID: TRANSYL.

Cometaneus cum *Arapataka* pagus ſimiles cum priori in propria ſylva colit acidulas Expertiſs: *Máttyus.* Analyſim optat Clariſs. CRANTZ.

II. COMITAT. COLOS.

KIS-CSÉG. ACID: TRANSYL.

OBSERVANT. EXPERT. MED. DOCT.

* MATHYUS.

Vicus in territorio *Mocs* in Comitatus Coloſienſis inferiori parte, quatuor cum dimidio milliaribus hungaricis ab oppido *Thorda*, loco campeſtri uliginoſo exhibet fontem, cujus aqua ſalſo-amara, ad mediam menſuram epota alvum copioſius laxat, hinc a febricitantibus frequenter bibitur.

Coctione exſiccata, inſignem adeo copiam ſalis amari relinquit, ut ſi fons largior natura eſſet

ope-

Digitized by Google

operam coctionis haud falleret, dubio procul ſalem laxantem amarum daturus.

Clariſs Dnus de *Hutter* Phyſicus et Conſul quondam Cibinienſis fontem hunc ſedlicenſi et Egrano ſubparem, ſalem ejus laxare, reſolvere, pluribus compertis teſtatus eſt. Analyſim chemicam optat Clar. *CRANTZ.*

MOCS AMARAE TRANSYL.
EXPLORANT: R. ADMODUM PATRE
JOAN. FRIDVALDSKI. S. I.

Etſi diverſis in Tranſylvaniae Campeſtris, ita enim eam partem nominant quae filicibus caret quanquam montes arduos copioſosque numeret, locis, tricenis plures fontes amaros reperi, tamen in comitatu Coloſienſi in pago *Mocs* amara celebrior eſt, meo judicio melior adhuc in *Novaj* vico quatuor intervallo horarum a *Mocs* diſſito. Aquam jejuno ſumpſi ventriculo, effectum eum expertus ſum, quem ſolemus a ſale amaro vulgari exſpectare.

 Eva-

Digitized by Google

Evaporatione obtinui ſalem mirabili ſimilem ſed planiorem, ſplendentem, guſtu frigidum parum, amarum, qui ad ignem flueret, in aere calido ſatiſceret, cum ſolutione mercurii nitroſa etiam ſine calente aqua turpethum daret, et cum calente pluvia pulcerrimum; adhaec a nitri ſpiritu ſiquabatur non movebatur, citiſſime in aqua deſtillata ſolvebatur, ſolutus ab oleo tartari non praecipitabatur, ſed parum ſolum lacteſcebat.

Ut haec igitur vere purgans amara ſit, ſale mirabili conſtans et eodem modo ut amarae Bohoemiae aquae adhiberi, etiam ex illis ſal elici et divendi poſſit. Sed accuratiorem analyſim data occaſione inſtituam, ut, quae ſalis quantitas in data portione aquae continetur, intelligatur.

NAGY - CSÉG. ACID. TRANSYL.

In comitatus Coloſienſis parte inferiore.

III.

Digitized by Google

III. COMITAT. HÚNYAD.

BOZES ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. EXPERTISS. M. D.

VÁSÁRHELLYI.

In comitatu Húnyadenſi ſupra pagum *Bozes*, in valle in amplum ſatis ſpatium ſeſe circa fontem aperiente, ad radicem montis petroſi ſcaturit aquae minera duabus circiter *Saxopoli* ad occidentem verſus horis rejecta. Fundum fontis unde ebullit arenae et lapilluli occupant, quae ochreaceo ſedimento inveſtiuntur, quod aqua etiam in decurſu dimittit.

Ipſa aquae minera colore lucido et claro ſeſe commendat, vitro excepta, agitata, ſpirituoſa, plurimas bullulas aeremque elaſticum cum violentia inde prorumpentem progenerat, guſtu acidularis ſeu vinoſa pungens in experimentis

Digitized by Google

Juxta methodum Illuſtris Praeceptoris *CRANTZ* inſtitutis ita ſe geſſit.

I. ab acido nitri non martiali eſſerveſcit, ſupperaddito vero lixivio phlogiſticato dimiſit coeruleum berolinenſe tertia die.

II. Ab Oleo tartari per deliquium leniter lacteſcit, et ultimo ſedimentum parcum albidum poſuit.

III. Lenta evaporatione in vaſe figulino exſiccatis libris aquae hujus duabus, habui totalis reſidui grana viginti ſeptem, in his pulveris erant quindecim, ſalis duodecim cum multa aqua cryſtalliſationis et terra.

Pulvis ochreaceo-flavus vehementer cum acidis eſſerveſcit et cum acido nitri et lixivio phlogiſticato in ipſo contactu pulcerrimum dedit coeruleum berolinenſe; mercurium ex acido nitri rubro-lateritium praecipitavit, ut ejus natura ſincera abſorbens martialisque certo pateat.

Sal diffluens ſemper cryſtalliſari renuit, tincturam curcumae brevi profunde ſanguineo colore infecit; cum omnibus acidis congrediebatur

tur: cum acido ſalis dedit pulchrum muriaticum ſalem minimis cubulis conflatum.

Ergo videtur gaudere egregia haec acidula ſpiritu aethereo, terra abſorbente, martiali elemento, et ſale alcalino minerali. Sed repetam experimenta.

GYOGY AQU. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLOR. EXPERT. M. D. VÁSÁRHELLYI.

Hora una cum dimidia a pago *Gyogy*, qui in Comitatu Hunyadenſi in diſtrictu *Marus* ſitus, duarum circiter leucarum diſtantia *Saxopoli* rejicitur, collis eſt, pluribus Thermarum ſcaturiginibus plus minusve calentibus, iisdem tamen principiis, foetis celebris.

Locus totus quantus lapidibus calcareis, quos aqua gignit, concreſcit, ſimilique lapidea cruſta vicina omnia obducuntur. Thermae non ſatis cultae tecto carent, ut etiam inde calidi-

Digitized by Google

ores erumpentes latices refrigerentur, et potius nunc tepidae ſint quam calidae thermae.

I. TEPIDAE THERMAE.

I. Nec odor aquarum, nec ſedimenta earum, nec igne exuſtae cruſtae quidpiam ſulphurei principii revelarunt; nihil docuit ſaturni ſaccharum, nihil argentum, quod his magis dealbatur.

II. Color ſatis limpidus et clarus, ſapor leniter acidularis eſt.

III. Cum nitri acido et lixivio phlogiſticato ſtatim nulla contenti martialis elementi certa ſigna.

IV. Ab oleo tartari p. d. lacteſcebant ſimileque ſedimen dimittebant.

Evaporatae librae quatuor dedere reſidui grana quinque, in his pulveris filtri erant Grana. - - - - - - -

Salis - - - - - - -

Pulvis gryſeo leniter luteſcens cum nitroſo mercurio vehementer efferbuit, eumque flavo-lateritium dejecit; cum acido nitri vehementer tu-

tumultuatus, ab approximante lixivio phlogiſticato in ipſo contactu in berolinenſe coeruleum colorobatur.

Cruſta lapidea vehementer cum acidis efferveſcit; mercurium nitroſum in dilute aurantium colorat, qui adjecta fervente turpethinus multa parte fit; adhaec dat martialis elementi contenti ſigna.

Sal in minimis granulis et punctis vix diſtinguendis cryſtalliſatus, habuit inde cryſtallos ſalis mirabilis figurae, quae mercurium turpethinum disjiciebant poſt efferveſcentiam.

Ut ergo calida haec aquae minera et acidularis, videatur conflari multa calcarea terra et abſorbente, ſale ſelenitico et vitriolato alio cum pungente ſpiritu; ſed repetam experimenta.

II. FRIGIDAE AQUAE

Circa has tepidas aquas, alias quoque detexi frigidas, quae limpidae eundem ſaporem acidularem, quem in tepentibus obſervavi, habebant: licet etiam hic ſapor ab aliarum acidu-

 prio-

Digitized by Google

larum ſapore differret. Subjeci has iisdem ac priores reagentibus, idque ſatis particulare dedere, quod cum phlogiſticato lixivio ſolo, non interveniente nitri acido ſequenti die coeruleum hic quoque ſedimen obſervaverim, cujus interim color non ita profundus ac ſaturatus ex albo-coeruleus eſſet.

Ut ergo hae magis martiales vitriolatae ſint. Sed repetam exactius experimenta.

KÁLAN TEPID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. EXPERT. M. D.

VÁSÁRHELLYI.

Locus hic duabus ab *Húnyad* unde Comitatus etiam denominationem accepit, horis, tribus a *Deva*, in diſtrictu *Márus* ſitus, diſtat. Hic in aperto ſatis campo juxta *ſargetii* fluminis decurſum ex petra in modum caſtelli minoris e planitie elevata, exſurgit, in cujus meditullio ad ſeſqvi ulnas circiter excavato, Roma-

nae

Digitized by Google

nae ut fertur induſtriae monumento, aqua invenitur tepida, qua *Sigismundum* quoque Imperatorem, ubi Tranſylvaniam viſitaſſet, delectatum fuiſſe, vulgaris tradit hiſtoria, etſi hodie a nemine balneandi ſcopo frequentatur amplius, et ſolum ad fila cannabina, quae hic quatuor ſpatio dierum melius, quam alibi duarum ſeptimanarum intervallo languеſcunt, maceranda adhibetur.

Aqua ex inferioribus excavatae hujus petrae partibus profluens, clara, limpidaque, ſapore aliquatenus ingrata, ſubfoetida, odore haud gravis, minime lapidificat; et in experimentis.

I. Argentum non tentat.

II. Ab oleo tartari, per deliqu. non mutatur.

III. A ſolutione ſacchari ſaturni albo-cinereum ſedimentum poſuit, non fuſcum.

IV. Cum nitri acido et lixivio phlogiſticato contenti martialis elementi ſignum non dedit.

Librae

Digitized by Google

Librae tres evaporatione in auras abactae dedere reſidui grana - - - - - - - - - -
Pulveris - - - - - - - - ſalis - - - -

Pulvis gryſeus mercurium ex nitri acido eleganter turpethinum dejecit etiam ſine calente ſupperaddita, hac vero adfuſa color intendebatur et in pulchritudine confirmabatur; cum nitri acido modeſte congrediebatur, non totus ſolvebatur ob ſelenitem, adjecto vero lixivio phlogiſticato in ipſo contactu dabat coeruleum berolinenſe, ſed ob vim admixtorum lucidum magis ſeu minus ſaturatum.

Salis erat haec concretio; in medio erat macula metallici ſplendoris, ad latera erat indiſtincta cryſtalliſatio, quae mercurium acidum pulchre turpethinum dejiceret adjecta aqua fervente.

Hinc videtur conſtare pauca terra calcarea et martiali, ſale ſelenitico et vitriolato alio; ſed repetam experimenta.

Digitized by Google

KÉMÉND ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. EXPERT. M. D.

VÁSÁRHELLYI.

In Hunyadenſi Comitatu in valle *Márus* et montium tractu ſupra *Kéménd* in valle anguſtiſſima, et tempore pluvioſo vix acceſſibili loco petroſo, a *Deva* duabus circiter horis, tribus vero *Saxopoli* ſcaturit aquae minera, cujus color limpidus, ſapor acidularis, magis tamen terreſtris nec adeo vehemens eſt ſpiritus.

In ipſo fontis rivulo per breve aliquod ſpatium arena obſervatur ſubrubra, colore quam in *Bozes* dilutiore, praedita.

I. A tartari p. d. liquamine majorem ſedimenti, quam *Bozes*, copiam dimittit.

II. Ab acido nitri vix effervefcit, neque a ſuperaddito lixivio phlogiſticato manifeſte coeruleum, ſed magis cinereum deponit ſedimentum.

Librae

Librae tres evaporatae reliquere grana decem. ex quibus filtri ſiccus pulvis habuit - - - ſal - - - - - - - - - - - - - - - -

Pulvis ochroleucus nitroſum mercurium poſt vehementem conflictum ex flavo ſordide lateritium dimiſit, dum adjecta fervens mixturam in albo-ſordide flavicantem duceret, et mercurium eodem colore praecipitaret; cum nitri ſpiritu conflictatus dedit coeruleum beroliuenſe adjecto lixivio phlogiſticato.

Sal nulla regulari forma in hoc tentamine cryſtalliſabatur, ab acido mercurio parum movebatur, quem tamen interveniente aqua fervente, turpethinum dejecit.

Ut pateat martialem acidulam haud eminenter ſpirituoſam conſtare terra abſorbente et martiali, ſelenitico ſale, et mirabili, alcali inquinato. Sed repetam exactius experimenta.

SOL-

Digitized by Google

SOLLYMOS ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT EXPERT. M. D.

VÁSÁRHELLYI.

Fons hic in Comitatu Hunyadenſi in valle *Márus* et montium tractu ſupra pagum *Sollymos*, in valle loco ſatis uliginoſo ſitus, *Deva* una circiter ad occidentem hora rejicitur. Stagnat in ipſo fonte aqua et in decurſu, et cuticula iridiformi tegitur, ut etiam inde color obſcurior ſit, licet vinoſa, pungens, ſpirituoſa äere elaſtico producendo Bozeſienſi minime inferior ſit, ſi non ſuperior.

I. Cum nitri acido eodem modo ut illa *Bozes* effervеſcit, ſuperaddito vero lixivio phlogiſticato coeruleum ſedimen citius illa praecipitat.

II. Ab oleo tartari per deliqv. leviter turbatur, vixque aliquid dimittit ſedimenti.

Librae duae evaporatione abactae reliquere grana decem; ex his pulveri ſicco erant grana - - - - - - - - - - - - - -

ſali - - - - - - - - - - - - - -

Pul-

Pulvis ochreaceus mercurium ex acido nitri poſt vehementem conflictum in ſordide lateritium dejecit, quem adjecta calens aqua non extenuaret; cum nitri ſpiritu totus conſumptus, a lixivio phlogiſticato in ipſo amplexu in pulcerrimum berolinenſe et ſaturatum coeruleum converſus fuit.

Sal. - - - - - - - - - - - - - -

Ut martialis haec acidula videatur conflari ſpiritu admodum elaſtico, terra abſorbente et martiali, tum ſale - - - - Sed hujus aquae accuratiorem analyſim proxime ſubmittam.

IV. COMITAT. KRASZNA.

KARASZNA *Baln.* TRANSYL.

Deſcriptio deſideratur.

ZOVÁNY *Fons* TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. EXPERT. M. D.

ZÁGONI.

Vicus *Zovány* in Comitatu Kraſznenſi fontem

tem poſſidet medicatum ſimili nomine inſignitum. Hunc fontem mihi videre non licuit, ideo proprietates a natura loci, aut modo ſcaturiginis eliciendae me latent. Certum eſt aquam eſſe frigidam, limpidam, ſpiritus inopem, minerali odore deſtitutam: ſaporis manifeſte acidi, auſteri, adſtringentis. Sedimentum diu in vitro aſſervata nullum depoſuit. Uſui interno, niſi temeritas rudis plebeculae hoc audeat, nunquam: externis vero lotionibus, in variis cutis vitiis, crurum exulcerationibus, non ſine emolumento adhibetur.

I. Inſtillato oleo tartari per deliquium non effervescit, albeſcit tamen, verum dilute, interjecta etiam mora nihil praecipitatur, ſed inſtar eneorematis albidum iſtud ſuſpenſum manet.

II. Cum acidis mineralibus prorſus non turbatur

III. Syrupum violarum non mutat, etiam ſervata diu mixtione.

IV. Solutioni Lunae in aqua forti inſtillata, inſtar ſeri dilutioris ſine effervescentia mutatur, nihil vero praecipitatur.

Digitized by Google

Evaporatione peracta obtinui primo concretionem levem ſalino-terream filamentis compactam ſeleniticis, quae aqua deſtillata fervente parum ſolvebatur, et a lixivio fixo praecipitabatur ſalino-ſelenitica, et cum mercurii ſolutione nitroſa et aqua pluvia calente conficiebat pulchrum turpethum et ſaturatiſſimum.

Obtinui ſecundo ſedimentum terreo-ſalinum fuſco-cryſtallinum guſtu valde vitriolicum et quadantenus aluminoſum, quod aqua ſolutum deſtillata difficulter a ſua terra totum elutriari potuit, et cum lixivio phlogiſticato etiam nullo adjecto acido coeruleum beroliněnſe dedit; et cryſtalliſatum denuo ſalem cruſtoſum martialem, qui igni admotus intumeſcebat, tum centralem alium mirabilis Glauberi forma et vitrioli martis ſectione, licet non colore concretum, qui igni admotus totus dealbatur. Cum lixivio phlogiſticato uterque ſedimentum dabat fuſco-coeruleſcens: centrale magis, quod etiam ab oleo tartari ex viridanti coeruleum conſtanter turbaretur et altera die

or-

orbum acido, exhiberet martiale elementum, ochram nempe copioſam ſatis, quam cryſtalliſato et decolori ſali haud ineſſe putaſſes.

Ut videatur conſtare terra calcarea, vitriolo ſelenite, alumine, martis, Sed repetam exactius haec experimenta, ſimulque aquarum adſumptarum et principiorum inde obtentorum doſes exactius notabo.

Et ita haec quidem ex literis Ornatiſſimi Viri ad Clariſſimum Praeceptorem miſſis; ex aliis vero ad eundem ab admodum R. P. *Friedvaldski* ſcriptis: Zovány in Comitatu Kraſznenſi ſituatur; aqua aluminoſa balnei loco in variis membrorum doloribus adhibita duabus ſcaturiginibus e monte calcareo partim, partim glacie mariae foeto prorumpit.

V. COMITAT. ZARÁND.

VÁTZA THERM. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. EXPERT. M. D.

VÁSÁRHELLYI.

Zarándenſi in Comitatu aequali fere, duarum ſcilicet horarum intervallo ab *Halmágy* et *Körösbánya* ad meridiem in loco ſatis plano uliginoſo tamen, et amni *Chryſio* vicino, ſitae ſunt hae Thermae a pluribus ſalutares repertae.

Hae aquae ex inferioribus ex fundo ſcilicet alvei inter arenas nigricantes adſcendunt, nullumque venenatum animal patiuntur. Pellucidae, in vitro ſtagnantes nigreſcunt, nigrumque ſedimentum dimittunt; ovi putridi odorem habent et ſaporem ſatis nauſeoſum, calorem tamen Thermis a me deſcriptis majorem, ſi ſcaturiginum frigidarum aquae in communem alveum ſeſe exonerantes cohibentur, quod omnino facile fieri poteſt.

1. Ta-

I. Tabulatis, quae nigricantia adparent, nihil adglutinant ſolidi ſedimenti.

II. Argentum nigro colore vitiant Thermae

III. A ſaturni ſaccharo fuſceſcunt, fuſcumque ſedimentum dejiciunt.

IV. A lixivio phlogiſticato coeruleo-viri-deſcentem induebant colorem.

V. Ab oleo tartari p. d. non turbabantur.

Evaporatione reliquere librae tres, ſixi grana quatuor, pulvis habuit gr. - - -
Sal. - - - - - - - - -

Pulvis gryſeo-ligneus fere, cum mercurio nitroſo vehementer efferbuit, eumque ſordido flavo colore infecit, qui etiam in lateritium dein multa parte vergeret; et adjecta fervens aqua in turpethinum magis cogeret: ſed ſordidum et albidum. Cum acido nitri vehementer praeliabatur non tamen ſuccubuit totus, ſiquidem in fundo moleculae plurimae fuſcae intactae jacerent, ſuperaffuſo lixivio phlogiſticato pulcerrimum omnium coeruleum berolinenſe in ipſo dedit amplexu.

Salis unam obſervavi cryſtallum oblongam mirabilis formae; quae cum acido mercurio efferveſceret tamen, eumque ſaturato turpethino colore infectum dimitteret, dum etiam ſuperne ſupernatans ſpuma hinc inde pallide lateritia eſſet.

Ut ergo nobiles hae aquae generoſaeque Thermae videantur conſtare ſpiritu thermali phlogiſticato, terra abſorbente alcalina, copioſo martis, in his ſingulariter ſuſpenſi elemento, ſale mirabili et alcalino minerali. Sed repetam experimenta et definiam caloris gradum.

VI. SEDES SICULIC. UDVARHELLY.

BIBARTZFALVA ACID. TRANSYL.

In ſede filiali *Bardotz*, prope vicum, ſex *Corona* urbe milliaribus minera aquae eſt alcalinae ſimplicis. Celeber. *Chenot.*

Incolae hanc aquam in potum communem hauriunt, at viribus et guſtu inferior aliis Tranſyl-

Digitized by Google

ſylvanicis minus inclaruit. Deponit ochram. Expert. *Máttyus*. Hujus deſideratur exacta analyſis Clar. *CRANTZ*.

FARKAS PATAKA ACID. TRANS.

In ſede Udvarhelly inter tres fagos fons eſt alcalinus ſimplex Celeber. *Chenot*. Examini chemico ſubjiciendus. Clar. *CRANTZ*.

FÜLE ACIDUL. TRANSYL.

In ſedis ſiculicalis Udvarhelly circulo inferiori.

HERMÁNY ACID. TRANSYL.

Vicus in ſedis Siculicalis Udvarhelly circulo inferiori ſuis proviſus eſt acidulis in potum communem inſervientibus, quae ochram ſecum ferunt, non tamen multum frequentatae, cum inferiores aliis et viribus et guſtus gratia ſint. Expert. *Máttyus*.

Celeber. *Chenot* duos ad hunc pagum numerat fontes, quorum unus communis eſt, alter in foenili exiſtens, uterque alcalinus martia-

lis. Deſideratur vera utriusque analyſis. Clar. *CRANTZ.*

KIS-BATZON ACID. TRANSYL.

In ſedis ſiculicalis Udvarhelly circulo inferiori.

KOROND ACID. TRANSYL.

OBSERVANTE EXPERTISS. MED. DOC.

MÁTTYUS.

In vicinia ſalis fodinae Paraidenſis, tribus ab *Udvarhelly* milliaribus ad Pagum *Korond* praeſtantiores multis reperiuntur acidulae ochram lateritiam ponentes: *Homorodienſi* in reliquo ſimiles, ſed vi morſicante debiliores, nec palato in tantum arridentes, quae.

I. Cum reagentibus easdem plane ac *Homorodenſes* ſubeunt mutationes. Verum.

II. A tinctura curcumae prae aliis aquis intenſe luteae, vel ex rubro-luteae fiunt.

Un-

Digitized by Google

Unciae viginti quatuor cum ſemiſſe evaporatae dederunt pulveris albi, aſperiuſculi, ſubſalſi, grana undecim. Analyſis complenda venit Clar. *CRANZ*,

LÖVÖTE ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. Expert. M. D.

MÁTTYUS.

Vicus ſedis ſiculicalis Udvarhelly circulo inferiori ingremiatus ab ipſo oppido tribus diſtans milliaribus, in ſuo territorio duos colit vinoſos fontes, utroſque a pago remotiores, quorum alter dicitur.

I. KEROY.

A valle cognomine unde ortum trahit ita nuncupatus, ſat limpidus, odore vitriolicus guſtui placens eſt, virtute tamen antiqua per aquae dulcis adfluxum, ubi nuperis annis puteus largius excavaretur, multum orbatus. Pro-

Digitized by Google

dit e radice praegrandis et praecipitis petroſi montis loco ſaxis magnis duris obſito, ad decurſum rivi *Alnos* plurimos fagos alente. Hujus aqua.

I. In decurſu rubrum ponit ſedimentum

II. Ab oleo tartari per deliquium efferveſcendo bullulas edit.

III. Syrupum violarum rubro tingit colore.

IV. A pulvere gallarum nigreſcit.

V. A ſpiritu ſalis ammoniaci volatili lacteſcit quidem in prima affuſione, ſed mox ſereneſcit tota, parietes cryſtalli albo pulvere incruſtans.

VI. Tinctura curcumae cum ei admiſcetur luteo-lacteo colori dilute viridis ſubſternitur, parte aliqua aquae in fundo clara manente.

Leni calore ad ſiccitatem evaporata ex viginti quatuor unciis et ſemiſſe dedit, reſidui ſubtilis obſcure albi, penitus inſipidi grana quatuor; in his pulveris gr. . . . .

Salis . . . .

Al-

Digitized by Google

Alvum haec aqua facile movet et prompte, foeces atro colore inficit, ventriculum non onerat, appetitum acuit.

Prope fontem hunc olim ferraria colebatur, et recentius, minerarum indagatores cum minera argenti non contemnenda lythantraces detexerunt.

Acidularem hunc fontem Excell. Comes Johan *Lázár* in ſuis operibus poeticis elegantiſſimis commendat verſibus.

Tu morbi mortisque fugator!
Pharmaca tu praeſtas quae non Podalirius unquam
Aut poſſit praeſtare Machaon.
Et quoties mihi tuſſitienti carperis ore
Firmo et quamvis uſque valenti,
Nectare tunc paſci videor conviva Deorum
Et coeleſti rore fruiſci.

II. ALTER FONS.

Eſt ad ferrariam recenter erectam in loco de nomine mihi ignoto, a me nondum viſus, pri

Digitized by Google

priore ex ſaporis efficacia per delibantes magis commendatus. Utriusque exacta analyſis deſideratur Clar. *CRANTZ.*

NAGY-BATZON ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. EXPERT. M. D.

MÁTTYUS.

Pagus Nagy-Batzon ſedi filiali *Bardotz* ingremiatus in ſuo territorio paſſim plures quam decem numerat fontes acidos, quorum tres in ipſo pago ſiti incolarum levandae ſerviunt. Inter caeteros eminent tres a pago remotiores, a locis ubi ſcaturiunt *Nádas allya*, *Piſztrangos*, *Uzonka* denominati.

I. NÁDAS-ALLYA.

A rivo e cuius ripa ſcaturit nomen ſortitus majori cum ſtrepitu emergit quam caeteri, potentior etiam viribus eſt, et guſtui prae *Uzonkaina* gratior, caeterum ejusdem cum illa naturae

eſſe

Digitized by Google

eſſe dicitur. Alveum limo ochreacco valde rubro tegit. Frequentari tamen ob difficiliorem acceſſum rarius ſolet.

II. PISZTRANGOS.

Aeque a rivo praeterfluente ſic dictus, in medio montis praecipitis oritur, unde defluens magnae molis gryſeum ſaxum confecit, quod continuo ſedimento ſuo auget, arborum quoque ramuſculos et folia fluento illapſa, lapidea gryſea cruſta obducit, ſeu ut vulgo putatur, in lapidem convertit.

Illi in *Borſzek* ſubpar natura eſſe videtur; loca circum jacentia ſicca et argilloſa ſunt, fagos betulas hinc inde quercus et lapides calcareos ferunt. Limpiditas aquae pulchra eſt, non tamen excellit, odor tamen nares minus ferit, bullulas parcius eructat, palatum ſegnius vellicat, ſapore tamen arridet, nec onerat ventriculum etiamſi largius potetur.

I. A

Digitized by Google

I. A ſpiritu vitrioli denſas exiguas edit bullulas, et affigit vitri parietibus.

II. Ab oleo tartari p. d. dilucidius lacteſcit, et ſtratum minus denſum, at profundius demerſum efformat, quod mox in floccum album ſuperficiei innatantem abit poſtea ſponte ſua reſolutum: aqua tota clareſcente et pulverem album aegre abluibilem cryſtalli fundo et lateribus apponente.

III. A tinctura curcumae tota, et multo promtius quam *Uzonkaina*, pallido lacteum induit colorem, minus tamen lutea fit, nec adeo obſcura.

IV. Syrupi violarum colorem prima quidem admixtione ſolum diluit, verum poſtea prae illa citius et luculentius virideſcit.

V. A pulvere gallarum ruffum adquirit colorem, nigra non, nec bruna quidem evadit, licet in libero aere diu aſſervetur.

Ad uncias viginti quatuor et ſemiſſem leniſſimo calore exſiccata, ſupermanſit pulvis obſcure

Digitized by Google

ſcure albus , aliquatenus ſapidus granorum quatuor.

III. UZONKA.

Propullulat ad quercini montis radicem in loco uliginoſo; orae hujus fontis limo rubro teguntur, ſuperficies aliquamdiu non turbati cruſta violaceo rutilante obducitur; ſtagnans aqua lutum nigrum, odoris altramentoſi conficit, et ligna illapſa atro colore tingit; praeterea clare profluens et e fonte hauſta nares odore vitriolico multum feriens, palatum potenter vellicans non nimium tamen alliciens; ſpiritibus aethereis, ut bullulae minores et denſiores arguunt, dives eſt.

I. A ſyrupo violarum in prima admixtione dilucide rubinum e violacco reſultantem exhibet colorem, qui tamen cito evaneſcit, et violaceus ſucceſſive vireſcens relinquitur.

II. Ab oleo tartari p. d. perlino colore offuſcata bullulas exiguas edit, at paulo poſt ſuper et infra clareſcens in medio ſtratum format

Digitized by Google

mat adinſtar albae mucaginis, quod ſenſim diſſipatum in pulverem album ſubſidet.

III. A ſpiritu vitrioli nihil mutatur.

IV. A ſpiritu ſalis ammoniaci volatili lacteſcit quidem in prima adfuſione, ſed mox tota ſereneſcit, parietes cryſtalli albo pulvere incruſtans.

V. Tinctura curcumae, cum ei admiſcetur luteo-lacteo colori dilute viridis ſubſternitur, parte aliqua aquae in fundo clara remanente.

VI. A pulvere gallarum poſt plures horas, prae aliis, quas hoc modo tentare licuit aquis, nigreſcit.

Unciae viginti quatuor cum ſemiſſe leniſſimo calore in vaſe fictile vitriato, linteo raro tecto evaporatae reliquerunt reſidui albi modicum fuſci, penitus inſipidi et ſubtilis grana ſex; in his pulvis gr. - - - - - - - - - - -

ſal: - - - - - - - - - - - - - - - -

Exactior tamen generoſarum harum trium aquarum analyſis deſideratur clariſſi. *CRANTZ*.

OLÁFALVA ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. EXPERT. M. D.

MÁTTYUS.

Ad unius milliaris ab illo Lövöte ex altera ejus parte, diſtantiam, in ſedis ſiculicalis *Udvarhelly* circulo inferiori in *Valle Homorod*, pinearum, quercinarnm, betulinarum, faginarum arborum feraci, ſaxoſo ſterilique loco ad decurſum rivi cognominis acidulae plurimis quidem in locis proſiliunt. Prae caeteris tamen in uſum trahitur earum una in loco commodiore ſaliens et puteo decentius inſtructa, a valle unde oritur, nomen mutuans.

I. HOMOROD.

Haec aqua mediocriter clara odoris non multum penetrantis, bullulas majores non ita crebro eructat, ſapore accepta palatum vellicat acute, quam vim etiam remotius translata omnium diutiſſime conſervat. Parietes circuli

Digitized by Google

lignei, cui incluſa eſt, et alvei ubi decurrit, lateritii coloris limo incruſtat. Stagnans in ſuperficie cruſtam ex nigro violaceam format cum aliqua crepitatione fragilem.

Si diutius aſſervetur haec aqua ſedimen deponit tenue ex albo-luteo pollini ſimile, turbinatim fundo vaſis inſperſum; per chartam bibulam vix ad medium adſcendit quam aqua dulcis rivi praeterfluentis. Cum reagentibus ſequentem in modum ſe geſſit.

I. A pulvere gallarum ſub ſpatio unius horae nigreſcit, ita etiam ſi foliis theae calida affundatur.

II. A ſyrupo violarum eodem colore diluitur, poſtmodum vero obſcure virideſcit.

III. A ſpiritu vitrioli vix tantillum commovetur.

IV. Ab oleo tartari p. d. aeque non ebulliit, ſed perlino colore perfuſa ſtratum ſupra medium aquae conficit, quod poſt aliquot horas reſolvitur: et, aqua clareſcente, vitri parietes

alba

Digitized by Google

alba aſperiuſcula aegre abluibili cruſta teguntur.

V. A pulvere teſtarum ovorum et chelarum cancrorum calcinato non ſecus quieta manet.

Leni coctione librae civiles tres evaporatae reliquerunt pulveris ex albo - lutei grana viginti quinque, qui linguae deterſae admotus ſalis muriatici ſaporem impreſſit. Eadem menſura leniore calore evaporata pulveris albidioris octodecim ſolum grana ſuppeditavit, in quo tamen lamellas ſalinas diverſae et irregularis figurae plurimas nudis oculis contemplari licuit. Pulvis aliquot abhinc retro annis coctione exſiccatus, papyro involutus humiditatem ex äere contraxit, et niger factus tam chartam quam litteras inſcriptas exedit.

Alvum non niſi ad tres quatuorve menſuras hauſta cum difficultate movet, adeo ut perſonis frigidioris et debilioris complexionis teneſmos dyſentericos et continuata veram dyſenteriam induxerit. Ventriculum copioſius hauſta onerat,

Digitized by Google

rat, urinam large ducit, et foeces alvinas atro colore non tingit.

Frequentius in balneum cálefacta adhibetur. Ob facillimum loci aditnm et aedificiorum ligneorum copiam, omnium aliarum plus frequentatur.

II. OLÁFALVA.

Exſtat in ipſo etiam pago *Oláfalu* fons alius, huic *Homorodienſi*, ut ajunt potentior, intenſius rubrum limum ponens, guſtui tamen minus gratus, qui alvum minori menſura et liberalius laxat, ventriculo haud moleſtus, ſed ab incolis ea ex ratione occultatur, ne accedentium moleſtias ferre cogantur. Utriusque tamen ulteriorem analyſim exſpectat clariſſi. *CRANTZ.*

OROSZTELKE ACID. TRANSYL.

Vicus in ſedis ſiculicalis Vdvarhelly circulo inferiori et filiali *Bárdotz* locatus ſuis proviſus eſt acidulis, quas in potum hauriunt communem

Digitized by Google

munem incolae; minus tamen ab exteris frequentantur, cum et viribus et guſtus gratia aliis ſummopere cedunt. Numerantur tamen fontes duo, quorum.

I. FINGO BORVIZ.

In ſedis filial. *Bardotz* territorio Oroſztelekienſi acidula eſt alcalina ſimplex Celeber. *Chenot.*

II. NYÁLAK.

In territorio Oroſztelekienſi ex loco unde prodit nomen ſortita, eſt fons ſimpliciter alcalinus. Celeber. *Chenot.* Sed uterque indiget confirmante analyſi Clar. *CRANTZ.*

SZÁLDOBOS. ACID. TRANSYL.

OBSERVANT. ET EXPLORANT. EXPERT. M. D.

MÁTTYUS.

In ſede filiali *Bardotz* quatuor ab oppido *Udvarhelly* milliaribus eminet fons vicini pagi *Száldobos* ad pedes montium argilloſo-ſaxoſo-

 rum

rum in plano campo, loco uliginoſo prope pagum ſcaturiens, utpote ſapore multis morſicantior, et cumprimis quod loco commodiori tribus circumjacentibus pagis propinquo poſitus ſit. Aqua ejus non multum clara, nec inſigni odore praedita, bullulas quoque non ita denſas rejicit; et licet guſtui non ingrata ſit, ſtomachum tamen copioſius hauſta onerat, urinam pellit facile, alvum ſegnius movet, excrementa non tingit.

I. A pulvere gallarum turbida, ſpumoſa et brunna fit, nigredinem, etiam ſi diutius ſervetur, non induit.

II. A ſpiritu vitrioli nihil patitur.

III. Ab oleo tartari p. d. aeque non commovetur.

IV. Syrupi violarum colorem ſerius in viridem mutat.

Evaporata ad viginti quatuor uncias et ſemiſſem dedit pulveris paulolum aſperi, inaequalis, obſcure albi, cretae inſtar inſipidi grana undecim, ex his pulvis - - Sal - -

Hanc

Digitized by Google

Hanc aquae mineram ſale minerali et principio martiali modeſte contemperatam, ſequiori ſexui ob mitem indolem potiſſimum dicatam dicit. Expert. Med. Doct. et Cibinienſis ſenator *Seivert*.

Celeber. *Chenot* tres ad *Szúldobos* recenſet fontes, quorum alter *Fonia-Borviz* appellari aſſuevit, et hunc aquis ſpadanis parem cenſet. Sed res ulteriori analyſi confirmanda eſt Clariſſ. *CRANTZ*.

SZOMBATFALVA ACID. TRANSYL.

OBSERVANT. ET EXPLORANT. EXPERT. M. D.

MÁTTYUS.

Vicus in ſedis ſiculicalis Udvarhelly circulo ſuperiori, diſtans dimidio milliari ab oppido *Udvarhelly*, et uno ab illo in *Homorod*, acidularem itidem fontem poſſidet: ob ſaporem et odorem bituminoſo-ſulphureum, non niſi a

Digitized by Google

quibusdam loci incolis in uſum tractum, viribus quoque caeteris inferiorem. Hujus fontis.

I. Sali medio etiam terra quaedam alba ſulphurea adhaeret, quae ejus ſaporem odoremque multum ingratum reddit, ſed vim laxantem mirum in modum auget.

II. Aqua externe ulcera purulenta et affectiones cutaneas, ſi hac laventur, magis et citius exſiccat.

Prope hunc e terra nigra lapidoſa largis buccis propullulat aqua gryſei coloris, odore bituminoſo, foetido, ſapore maris aquae multum ſimilis; lutum, quod facit, albo, ingrati ſaporis, pulvere obducens: potui nauſeoſa; balneo exulceratis, ſcabioſis, tumoribus laxis et paralyſi affectis multum proficua. Utriusque accurata deſideratur analyſis. Clariſſ. *CRANTZ.*

TELEGDI-BATZON. ACID. TRANSYL.

In ſede ſiculicali Udvarhelly ſitus eſt hic pagus acidularem fontem poſſidens.

VII.

VI. SEDES SICULICALIS.

HÁROMSZÉK.

ALMÁS. ACID. TRANSYL.

In circulo ſuperiori vicus eſt ejusdem nominis unde cognomen acidula traxerit.

BÉLEFALVA. ACID. TRANSYL.

In eodem circulo ſuperiori ſituatur et acidularem fontem habet.

BODOK ACID. TRANSYL.

Pagi *Bodok* et *Málnás* in circulo inferiori ſedis ſiculicalis *Háromſzék* contermini, in ſuis territoriis utrique ſuas hauriunt ad potum incolarum quotidianum vinoſos latices, rubente limo fontes et alveos obducentes, viribus tamen non multum celebres. Analyſim optat Clar. *CRANZ.*

HATOLYKA ACID. TRANSYL.

In circulo ſuperiori locatus pagus fontem poſſidet acidularem.

IMETSFALVA ACID. TRANSIL.

In Circulo ſuperiori ſedis ſiculicalis *Három-ſzék* ſituatus poſſidet hunc fontem acidularem cognominis ejusdem.

KOVÁSZNA ACID. TRANSYL.

AUCT. ET EXPLORAT. CLARISS. PROFESSORE.

CRANTZ.

Hic ſedis ſiculicalis *Hàromſzék* pagus unius milliaris longitudine ſub alpibus locatus, et diei unius itinere *Corona* urbe diſtans, minerales ſcaturgines tres habet, quarum una bullulans cryſtallina parum ſedimentoſa, in centro pagi ſit in quadratum ligno ſaepta; altera ab hac inferiori magis loco ſedimentum ochreaceum deponens; et tertia in ſummitate pagi in mediocri uliginoſa valle emicet, ſaepe reſede aqua vitiata: ipſa ochreacea, ſedimentoſa. In eodem pago alias etiam calidas eſſe aquas teſtatur Expertiſſ. Legionis Poniatowskianae apud Caeſareos chyrurgus primarius *Mathaeus Mederer*, qui

has

Digitized by Google

has petroleo foetas inſervire plebi ad dealbandos domuum parietes vidit.

Curante Egregio Luca *Wagner* Med. Candidato transvecta Viennam tertii fontis probe obturatis lagenis acidula, clara, limpida, ſpirituoſa, vinoſa, pungens, odorem et ſaporem thermalium habuit jam phlogiſticata.

I. Fuſco-ferruginoſa in fundo vitri a lixivio forti phlogiſticato facta, in coeruleum berolinenſe verſa eſt adjecto nitri acido.

II. Cum liquore coerulei berolinenſis coeruleum coeleſte poſuit, quod in berolinenſe commutatum eſt ubi nitroſus acor accederet.

III. Non viſa eſt effervefcere ab aliquot nitroſi acidi guttulis, addito tamen lixivio phlogiſticato jam effoeto, altera die coeruleum berolinenſe poſuit.

IV. Cum tarari liquamine non lacteſcebat, ſed fuſco-ferrugineam nubem excitabat, quae dein abjecta aqua in pulcerrimum coeruleum bero-

Digitized by Google

lolinenſe verteretur ab adjectis nitri ſpiritu et lixivio phlogiſticato.

V. Solutum in acido nitri mercurium in pallide ligneum coloravit et dejecit.

Dum in vaſe vitreo moderato balnei arenae calore hujus acidulae evaporarent librae medicae duae, dedere ſpirituoſarum aquarum omnia indicia, flavum ſedimentum ochreaceum depoſuere, dein quidem claruere magis, tamen aliquid turbidi ſemper ſervavere; dimiſere perpauca, et primo quidem pulverem feruginoſo-nigrum, dein ochram rubram et in centro flavam magis et tenuiorem. Evaporationis exactae pondus fuit granorum ſeptem: pulveris trium: ſalinae concretionis trium.

Quod adhaerebat elutriato aqua vitro, pingue quaſi viſu et ochreaceum ferruginoſum, coeruleum berolinenſe illico ſuppeditabat. Hoc phoenomenon eadem celeritate pulvis exhibebat, qui pariter cum nitroſa mercurii ſolutione efferveſcebat vehementer, et adjecta aqua fervente vitriolici acidi indicium dabat ſatis evidens.

Sal

Sal tuberculoſus pinguis irregulariter cryſtallisatus, ex bitumine fuſco-niger, tincturam curcumae ſpirituoſam dilute ſanguineam reddidit, ſolutum in acido nitri mercurium gryſea ſub nube ſuſpendit, quam adjecta fervens adeo non coloraret, quin decoloratam abſumeret; Aurum diligentet ſatis ſolvit, in igne crepitavit.

Sal in alio inſolationis experimento obtentus, manifeſte cubicus fuit, ſedulo aurum ſolvit, in igne crepitavit; porro alcalina ſubſtantia videbatur ſuperſaturatus, quod cum omnibus acidis efferveſceret, cum acido ſalis multos exiguos largiretur cubulos, cum illo vitrioli aeque parvas cryſtallos tartarum vitriolatum aliqua ſui figura deſignantes.

Ergo conſtari videntur nobiles hae et generoſae acidulae ſpiritu aereo et minerali, martiali elemento, foſſili pinguedine, et pauca abſorbente terra, tum ſelenitico pauco ſale, et alio muriatico alcali inquinato.

Analyſis facta Julio 1772.

KEZ-

KÉZDI SZENT LÉLEK ACID. TRANSYL.

Hujus ſiculicalis ſedis *Háromſzék* circulo ſuperiori ingremiatus vicus egregias ſuas colit acidulas et plurimas.

MÁLNÁS ACID. TRANSYL.

Vicus ejusdem ſedis *Háromſzék* cum pago *Bodok* conterminus in ſuo territorio ſuos haurit ad potum incolarum quotidianum vinoſos latices, rubente limo fontes et alveos obducentes, attamen non multum celebres.

Ibidem, in ſylva nempe hujus pagi *Málnás*, *antrum* quoque *ſulphureum* exſtare dicitur, quod continuo denſos emittit vapores, aves praetervolantes vi ſua enecantes, et parietes antri floccis ſulphureis obtegentes, quos incolae raptim ſe oſtio inferentes, ſaepe abradunt. Expertiſſ. M. D. *Máttyus*,

NAGY-AJTA. ACID. TRANSYL.

In circulo inferiori ſitae.

Pe-

Digitized by Google

PETÖFALVA. ACID. TRANSYL.

Ad circulum hujus ſedis ſiculicalis *Háromſzék* ſuperiorem refertur.

POLLYÁN ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. CLARISS. PROFESS. CRANTZ.

Hic pagus ſedis ſiculicalis *Háromſzék* circulo ſuperiori adnumeratus, ab oppido *Kezdi-Wáſárhelly* horae unius, *Corona* vero urbe diei unius itinere rejectus aquae mineram poſſidet, quae ad pedem montis lapidoſi e ſcaturigine effertur cryſtallina.

Ex Tranſylvania Viennam cura optimi Lucae *Wagneri* tranſvecta probe cuſtodita acidula, clara limpida, vinoſa, ſpirituoſa, pungens, in receſſu aliquantulum mollis.

I. Cum lixivio phlogiſticato forti, ferruginoſam in fundo nubem, quae addito nitri ſpiritu confeſtim ſaphyrina fieret, et poſt tempus coeruleum berolinenſe dimitteret, excitavit.

II.

II. Efferbuit cum nitri ſpiritu, et interveniente lixivio phlogiſticato idem coeruleum dedit.

III. Lacteſcens cum tartari p. d. liquamine gryſeum in fundo ſedimen dejecit, quod multum eſſet, et ut alias coeruleum berolinenſe daret.

IV. Cum nitroſa mercurii ſolutione vehementer efferbuit pallide-ochreaceo colore perfuſa, hoc colore etiam praecipitatus fuit mercurius.

Inter evaporandum acidulae ſpirituoſae criteria ſuſtinuit, cutem cremoraceam ex albo flavicantem duxit et ad finem uſque ſervavit, terram flavicantem dimiſit ſubpinguis viſu. Evaporatione perfecta totum vitrum incruſtatum fuit; triginta grana reſiduum pependit, ex quibus viginti eſſent pulveris ſicci terrei pinguis, et male cryſtalliſati ſalis duodecim.

Quod aqua calente deſtillata a vitro averri non potuit, cum ſpiritu vitrioli efferbuit et caſeoſe coagulatum eſt, quod ſingularis terrae genium referret. Colatura evaporationis ſpirituo-

ſam

ſam curcumae tincturam ſanguineo colore infecit, qui alcali ineſſe indicaret.

Pulvis terrae tripolitanae ochreaceae, colore ſimilis, a genuino nitri ſpiritu efferveſcendo abſumptus, coeruleum berolinenſe pulcerrimum ſubminiſtravit ubi lixivium phlogiſticatum receperat. Mercurii nitroſam ſolutionem lateritio colore dejecit: mixtura multum lacteſcente et ebulliente, quae ab aqua ebulliente ſordide turpethina fieret.

Sal terreus in paſtae ſaccharinae morem cryſtalliſatus, albo-luteolus, hinc inde in aere calido fatiſcens ſpirituoſam curcumae tincturam in ſanguineum colorem transmiſit; mercurium ſublimatum corroſivum aurantio colore dejecit, cum omnibus acidis vehementer efferbuit, et dedit cum acido ſalis pulcros ſplendentes cubos: cum illo nitri nitrum cubicum, et vitrioli acore foliis taraxaci aemulum figura ſalem, et tuberculoſa elementa irregularis formae.

Igitur videtur componi haec acidula gaſante ſeu aeroſo ſpiritu, martiali elemento, terra

Digitized by Google

abſorbente, et alia, tum minerali alcalino terreoque ſale, ut merito alcalina martialis ſit.

Analyſis facta Julio 1772.

SÁRFALVA ACID. TRANSYL.

Vicus in eodem ſedis ſiculicalis Háromſzek circulo ſuperiori ſitus, mineram aquae poſſidet acidularem, nomen ab ipſo pago mutuantem.

SÉPSI ST. GYÖRGY ACID. TRANSYL.

Oppidum *Sepſi-St. György* ſedis ſiculicalis *Háromſzek* circulo inferiori inſcriptum duas itidem habet acidulas, unam in ipſo oppido, loco aquae vulgaris potam, alteram ad finem territorii in ſylva verſus poſſeſſionem *Arkos*, quae potentior et guſtui gratior eſt illa priori Expert. M. D. *Mattyus*. Utriusque veram analyſim optat Clar. Prof. *CRANTZ*.

SÚGÁS. ACID. TRANSYL.

In ſylva ſtatim nominati pagi *Arkos* alius fons a loco cognominis *Súgás* dictus prope

ri-

rivulum ſcaturit, efficacia omnes circumjacentium locorum vinoſos fontes antecellens, limo intenſius rubro puteum ſuum et alveum longo ductu craſſe inficiens.

Ad aliquot paſſuum diſtantiam puteus eſt non effluens, qui magno murmure turbidam et ingrati odoris ſaporisve aquam eructat, iterumque continuo abſorbet. Porro rima monticuli vaporem, nives frigidiſſima etiam hyeme, colliquantem, mittit, in qua ſerpentes et aves praecipitatae haud raro mortuae inveniuntur. Expertiſſ. *Máttyus*. Duarum harum aquarum analyſim deſiderat Clariſſ. Profeſſ. *GRANTZ*.

ZABOLA ACID. TRANSYL.

In Sedis ſiculicalis Háromſzék circulo ſuperiori mineram aquae acidularem poſſidens oppidum ejusdem nominis.

ZALÁNY ACID. TRANSYL.

Pagus *Zalány* etiam officina vitriaria dictus, *Málnás* vicinus, tribus ejusdem acidularis natu-

Digitized by Google

rae gaudet fontibus: quorum unus deterior in ipſo pago ſitim incolarum ſedat, alter paulo praeſtantior extra pagum pone ſylvam; tertius in ſylvae medio, prope officinam vitriariam praeſtantiſſimus, habentur. Expertiſſ. *Mattyus* Rem vero analyſi confirmandam deſiderat. Clar. *CRANTZ.*

VIII. SEDES SICULICALIS CSIK ET GYERGYO.

ÁLFALU. ACID. TRANSYL.

In ſedis ſiculicalis *Cſik* ſuperiori et *Gyergyo*, in pago *Alfalu* curia nobilis familiae *Ballo* puteus eſt octo aut novem pedes profundus, e quo in potum communem incolarum aqua acidula, ut guſtus et ſedimentum rubrum arguunt, martialis, haud ingrata hauritur. Expertiſſ. *Mattyus*. Analyſim optat. Celeb. ac Clariſſ. Profeſſ. *CRANTZ*

BOR-

Digitized by Google

BORSZÉK ACID. TRANSYL.

OBSERVANT. ET EXPLOR. EXPERT. M. D.

MÁTTYUS.

In profundis alpium receſſibus Vicus *Ditro* ſedis ſiculicalis Gyergyo, *Biſztricio* octo, *Agropoli* decem milliaribus hungaricis diſtans, ad fines Moldaviae loco *Borſzèk* nuncupato, lapidibus calcareis, arboribus pineis, abietinis, hinc inde faginis atque betulinis et gramine tam oleoſo, ut ambulantium calceos roride inungere quaſi videatur, inſtructo, tres numerat minerales fontes.

I- BORSZÉK.

Ab ipſo vico *Ditro* et *Szárhegy* duodecim horis remotus eminet, qui e ripa praeterfluentis rivuli largius proſilit, et brevi canali ligneo exceptus rivulo illabitur.

Digitized by Google

Aqua ejus frigiditate, claritate, ſapore grato, odore penetrante, ſpirituum aethereo-mineralium copia, (quos non ſolum cryſtallorum lateribus, in denſis et minutiſſimis bullulis apponit, ſed recentius excepta adinſtar vini generoſi ſupra ſuperficiem cum ſuſurro rejicit) omnes tranſylvanicas acidulas ſuperat. Liberalius epota pectora delibantium conſtringit, nares odore ſulphureo e remoto ferit, largius ingurgitata cerebrum temulentia quaſi afficit: lagenas vitreas repletas firmius obturatas disjicit et explodit; quam ob cauſam difficulter, licet optimis cum cautelis tranſportari ad loca remotiora poteſt. Caeterum vires ſuas cito perdit et turbata vapeſcit.

I. A ſyrupo violarum brevi tempore, continuo viridem accipit colorem, & quanto copioſius admiſcetur, tanto viridiorem.

II. A pulvere gallarum non nigreſcit.

III. A ſpiritu vitrioli citiſſime efferveſcit.

IV. Ab oleo tartari p. d. tantillum prius obſcurata, mox ſereneſcit.

Digitized by Google

V. A ſpiritu ſalis ammoniaci eandem fere patitur mutationem ac ab oleo tartari.

Coctione evaporata ex albo flavum impalpabilem pulverem relinquit, ut mihi videbatur (idoneis enim ad ponderandum inſtrumentis carebam) majori copia, quam Celeb. *Hoffmannus* in ſuis annotavit. Salem e pulvere illo aeque non elicui, ſed quod multus inſit isque alcalinus, ſapor ejus urinoſus linguae prius deterſae impreſſus manifeſte edocet.

Denique ſtomachum non onerat; alvum copioſe cum levamine laxat adeo, ut ex quadraginta illis et ultra perſonis, quibus Anno 760 menſe Auguſto interfui, nemo praeter unum coquum obeſum repertus ſit, cui ad menſuram unam epota, alvum non moviſſet: continuata tamen ad duas treſve menſuras, ultra tres, quatuor ſedes paucis excitavit, urinae ductum poſtea affectans. Excrementa alvi nullo colore inficit, cibi deſiderium nimium quantum accendit. Sed exactior praeſtantiſſimarum harum acidularum analyſis exſpectatur Clariſſi. *CRANTZ.*

Digitized by Google

De eadem hac acidula Cibinienſium quondam Conſul et Medicus Celeberr. de *Hutter* dixerat, aquam hanc ſalis medii et alcali portionibus aequalibus, ſeſqui altera croci martis, terra item ſubtiliſſima calcareo-limoſa conſtare videri; quae omnia ita ſpiritu aethereo ſubtiliſſimo ſulphureoque (ut etiam vertiginem inducat Expert. *Seivert*) conſociata ſunt, ut omne ab iis qui hanc potant, removeant incommodum, ſiquidem quatuor menſurae (menſura enim Tranſylvanica eadem eſt cum Viennenſi) jejuno ventriculo potae nullam cauſſent moleſtiam, potius aviditatem ciborum et humorum omnium miram efficiant harmoniam.

Haec ſcripſeram dum admodum Rev. et Doctiſſ. Vir *Johannes Fridvaldski* S. J. ſcriptis ad Clariſſ. ac Celeber. Profeſs. *CRANTZ.* litteris ſequentia monuit.

Borſzék acidulae inter omnes Dacicas maximam quantitatem aetherei ſpiritus continent, ſi enim forti cryſtallino vitro recentes infunduntur ejusque orificium obturetur, certo intra

duarum

duarum horarum ſpatium vitrum diſrumpunt. Si ſpiritus vitrioli infundatur multa albedine denſam pracipitationem exhibent; ſaponem obtinui. Quidquid alcalicis adſtruitur aquis eadem in his expertus ſum. Lapides inſtar ſedimenti per defluxum facere ſolet admodum medicatos, ut etiam ipſe expertus: alia in mea Mineralogia monui.

Reſiduum evaporatione obtentum ochroleucum flaveſcens, debilius coloratae terrae tripolitanae ſimile, miculis ſalinis ſplendebat. Sumpſi hujus grana octuaginta elutriavi aqua deſtillata calente, habui pulveris rite ſiccati ſeptuaginta ſex, ſalis non grana duo.

Pulvis acriter, magna ſpuma cum acido nitri efferbuit, omnis ſolvebatur, et inſtillato lixivio phlogiſticato in ipſo contactu pulcrum et uberrimum coeruleum berolinenſe commonſtravit, cum ſolutione vero mercurii et aqua pluvia calente terram abſorbentem alcalicam: praecipitato in aurantium mercurio.

Digitized by Google

Sal nullius regularis cryſtalliſationis, gummoſus fere, coloratus, cum ſolutione mercurii nitroſa nec turpethum dedit, nec alcali commonſtravit. Sed repetam exactius experimenta.

Caeteri fontes minus grati ſaporis, adeoque neglecti, circum circa in pumicem ex albo-pallidum concreſcunt, ulceribus humidis exſiccandis aptiſſimum; ſtagnantes pingui ſeu ſqualida pellicula obducuntur. Ab equis identidem ſponte adeuntibus bibuntur avidiſſime.

II. ALTER FONS.

Ibidem ad mille circiter paſſus, denſas inter arbores pineas anguſta, e petroſo quodam colle rima aperitur duas circiter lineas ampla, cujus profunditas propter fiſſurae anfractus non explorata eſt, quae cum ſibilo notabili acidulam gratiſſimi ſaporis eructat ad duo, tria cochlearia, quam eadem illa rima continuo abſorbet. Expert. *Máttyus.*

CSO-

Digitized by Google

CSOMAFALVA. ACID. TRANSYL.

In eodem tractu ſedis ſiculicalis *Cſik* ſuperiori ſcilicet parte et *Gyergyo.*

CSOMORTÁNY. AÇID. TRANSYL.

In hac eadem ſedis ſiculicalis *Cſik* ſuperiori ſcilicet parte et *Gyergyo.*

CSEKEFALVA. ACID. TRANSYL.

In ſedis ſiculicalis *Cſik* inferiori parte et *Káſzon.*

HARGITTA ACID. TRANSYLV:

In ſedis ſiculicalis *Cſik* ſuperiori parte et *Gyergyo*, ſemialtera circiter hora ab oppido *Cſikſzereda* habetur fons acidularis, cujus aqua cryſtallina, ſapida, guſtu pungens, vinoſa, ſpiritibus dives, in ipſo montis cacumine e terrae gremio effertur, quae alveo ducta ſedimentum flavo-ochreaceum deponit.

Ab origine hujus fontis duodecim circiter paſſuum diſtantia, loco undique arboribus cin-

cto

Digitized by Google

cto piſcinulae adinſtar colligitur, in qua ſtagnans, in ſuperficie iridiformem contrahit cuticulam, exhalationesque continuo mittit animalia et inſecta pauca inter minuta enecantes.

JAKABFALVA ACID. TRANSYL.

Locatur in ſedis ſiculicalis *Cſik* inferiori parte et *Káſzon* in vicinia ſequentis. Ex ſapore grate morſicante, claritate, et nonnullis ſalutaribus multum celebratur fons effectibus; fontis et alvei latera ochra lateritio-rubra obducuntur. Expertiſſ. *Máttyus.* Analyſim optat Clariſſ. *CRANTZ.*

KÁSZON ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. LUCA. WAGNER.

Hoc nomine in ſede *Cſik* pagus habetur *Corona* diei unius cum dimido itinere rejectus, qui ad finem ſuum, ad eminentiae radicem mineralem aquam poſſidet, cujus ſpiritus omnia in-

Digitized by Google

inſecta necat, et avolans, ſedimentum admodum flavum ochreaceum dimittit.

Viennam in lagenis omni cura obturatis tranſvecta acidula, clara pellucida, ſpirituoſa, vinoſa pungens ita ſeſe cum reagentibus geſſit.

I. Cum lixivio phlogiſticato forti lacteſcere, mox in fundo vaſis fuſceſcere coepit: dimiſſis ferruginoſis non ochreaceis atomis, quae cum genuino nitri acido et in coeruleum aquam colorarent et coeruleum berolinenſe dein ſuppeditarent.

II. Ab acido nitri efferveſcebat, adjecto lixivio phlogiſticato eosdem motus continuabat, poſt duodecim horas coeruleum berolinenſe deponebat.

III. Cum berolinenſis coerulei liquore poſt duodecim horas coeruleum coeleſte dimiſit.

IV. Cum oleo tartari p. d. albo-perlatum ſedimentum copioſum poſuit, quod altera die a genuino nitri ſpiritu conſumptum, adjectaque lixivii phlogiſticati guttula in ipſo amplexu berolinenſe coeruleum exhibuit.

V.

Digitized by Google

V. Solutionem mercurii nitroſam illico flave-aurantio colore praecipitavit.

Dum in vapores moderato balnei arenae calore ſolveretur acidula, ſpirituoſae aquae ſigna omnia dabat, turbabatur, ochram et terram dimittebat, pinguiuſcula poſt haec, quod non rite clarificari vellet, apparebat, ultimo demum lenem pelliculam pulverulentam, quam ad finem usque ſervaret, induebat. Evaporatione ad finem deducta totum incruſtatum vitrum fuit: ſuperne albiſſima ſalina: inferne pallide ochreacea materia. Pondus totale librarum duarum medicarum, fuit quadraginta duorum granorum, in his erant pulveris ohreaceo-terrei grana novemdecim, ſalis viginti et ſeptem. Quod ab evaporatorio vitro aqua calente everri non potuit, cum vitrioli ſpiritu caſeoſe lacteſcendo ſolvebatur et cryſtalliſari renuit.

Pulvis Tripolitanae terrae ſimilis a ſpiritu nitri efferveſcendo conſumptus, cum lixivio phlogiſticato contenti martialis elementi indicia dedit;

dit;

Digitized by Google

dit; mercurium nitroſum in dilute aurantium dejecit.

Sal ex albiſſima ut ante dixi materie ſeorſim elutriatus, exhibuit in margine cryſtalliſationem arboraceam, quae mercurium nitroſum in turpethum magis coloraret: in centro vero longe aliam, fere pinguem gelatinoſorum echinorum, qui lixivioſi magis, tincturam curcumae ſpirituoſam laete facerent ſanguineam; mercurium ſublimatum corroſivum aurantio colore praecipitarent, et cum ſalis ſpiritu pulcros cubos, cum ſpiritu nitri cubicum nitrum, et cum ſpiritu vitrioli ſalem facerent mirabilem.

Sal ex toto reſiduo elutriatus terreus magis, non ſplendens, in aere hinc inde fatiſcens ejusdem ac prior indolis, eadem experimenta regeneravit, adhuc aurum lente et debiliter ſolvit. Cum ſpiritu ſalis raros dedit et ſplendentes cubulos; cum nitri ſpiritu nitrum cubico-tuberoſum, et cum illo vitrioli etiam tuberoſum ſalem.

Digitized by Google

Ut ergo nobiles hae acidulae ſpiritu inſtruantur gaſante, et minerali, terra abſorbente et martis elemento, ſale mirabili pauco, plurimo alcalino minerali.

KOZMÁS. ACID. TRANSYL.

In eadem ſedis ſiculicalis *Cſik* inferiori parte et *Káſzon*.

SOMLLYO ACID. TRANSYL.

In hac eadem ſedis inferiori parte et *Káſzon*.

SZÁRHEGY. ACID. TRANSYL.

Pagus in ſedis ſiculicalis *Cſik* ſuperiori parte et *gyergyo*, duodecim a vico *Ditro* horis, ejusdemque ab acidulis ſuperius dictis *Borſzék* itineris diſtantia rejectus, fontem habet acidularem, quem Selteranae ſimillimum habet Celeberri. *Chenot*. Sed hunc analyſi confirmandum deſiderat Clariſſi. *CRANTZ*.

Digitized by Google

SZENT - MÁRTON. ACID. TRAN.

In *Cſik* inferiori parte et *Káſzon.*

SZENT - SIMON. ACID. TRANSYL.

In eadem hac parte.

VEREBES ACID. TRANSYL.

In Sedis ſiculicalis Cſik inferiori parte et Káſzon.

IX. DISTRICT. SAXONICALIS CORONENSIS.

TATRANG. ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. LUCA. WAGNER.

In diſtrictu Coronenſi, *Corona* urbe duabus horis ad bona nobilitaria Civitatis ſpectans *Tatrang* ſcaturigines duas acidulares poſſidet, quarum altera ab altera ducentum circiter paſſus diſtat, et nobilitate diſtincta ſit. Nobilior prima, fere ad unam montium pagi extremitatem calcantium radicem, in horto ruſticani hominis ex arenoſo et limoſo propullulat ſolo haud for-

tiſſima vena. Altera in eadem altitudine ex eorundem montium radicibus effertur vena priori non craſſiore. Sedimentum ponunt profunde ochreaceum.

I. NOBILIORIS AQUA.

Viennam tranſvecta probe omnino obturata, clara, limpida, cryſtallina, eminenter ſpirituoſa, pungens vinoſa fuit.

I. Cum nullo reagentium elementi martialis indicium dare voluit.

II. Cum tartari p. d. liquamine in vitri fundo illico gryſee lacteſcebat, eodemque colore latera vitri obfuſcabat.

III. Cum mercurii nitroſa ſolutione mox albo flavam ſeu ligneam aut dilute cervinam nubem ſuſpendit: conſimilis coloris nube mercurium dimiſit.

Dum moderato balnei arenae calore hujus acidulae evaporarent librae Medicae duae, ſpirituoſarum aquarum uberrima dedit indicia, lenem pulverulentamque cuticulam contraxit, clara manens parum depoſuit. Librarum duarum

rum rite ad perfectam ſiccitatem deductarum pondus totale fuit ſeptem granorum, in quibus pulveris fixi grana tria cum dimidio: ſalis reliquum. Quod elutriato aqua vitro adhaeſit incruſtatum, cum nitri ſpiritu vehementer efferbuit; et ipſa evaporationis colatura tincturam curcumae ſpirituoſam in pallide-flavo-viridem tranſmiſit.

Pulvis filtri gryſeo-flaveſcens a nitri ſpiritu efferveſcendo conſumptus, difficilia nec vere certa cum recenti et forti phlogiſticato lixivio contenti ferri indicia dare voluit: cum adulto et effoeto nulla. Porro cum nitroſo mercurio admodum efferbuit, et ſedimen brunno-rubrum dimiſit, quod adjecta fervente aqua communi vix ſenſibiliter immutabatur, licet ipſa mixtura ex viridi in flavum parum inclinaret, quaſi turpethum indicaret.

Sal cubica forma hinc inde interjectis irregularibus granulis, cryſtalliſatus, tincturam curcumae ſpirituoſam flavo-brunnam fecit; ſolutum in acido nitri mercurium albo-gryſeo colore dejecit, quem adjecta fervens non immutaret ſed

Digitized by Google

potius extenuaret magis; ſolutionem argenti concentratam in albos flocculos praecipitavit, aurum diligenter et brevi ſolvit, chartae incluſus maduit, et ardenti carboni injectus crepitavit.

Ergo conſtant ſpirituoſae hae acidulae, ſpiritu aethereo elaſtico, terra abſorbente, paucoque muriatico ſale.

Alter fons adhuc deſideratur.

ZAYZON ACID. TRANSYL.

Ad bona nobilitaria Civitatis *Coronae* aeque ſpectans pagus, a praecedenti horae unius quadrante diſſitus, itidem duos in ſuo territorio poſſidet fontes medicatos, at guſtui minus commendabiles et celebratos. Horum alter ad finem pagi in loco quodam elevato locatus, ſedimento intenſe flavo alveum et ora inficit; alter eadem a priori diſtantia, loco eminentiori caeteris, uliginoſo tamen, fruticibus undique cingitur. Aqua hujus multum turbida ſedimen ochreaceum minori quantitate ponens, eadem cum *Tatrang* virtute praedita cenſetur. Expert. M. D.

et

Digitized by Google

et phyſicus *Mediae* Civitatis *Fronius*. Ulterior tamen analyſis utriusque fontis deſideratur. Clariſſ. CRANTZ.

X. SEDES SAXONICAL. MEDIASCH

BAASZEN FONT. TRANSYL. AUCTOR. ET EXPLORAT. LUCA WAGNER.

Baaſzen, Hungaris *Kis-Bajom* in ſedis ſaxonicalis Medienſis circulo ſuperiori, ſemi altera ab Urbe *Media* hora diſtans, triplicem nobis mineralium aquarum ſcaturginem largitur, quarum prior diu cognita celebrataque, ſemper in balneum ceſſit: altera uſque hodie ob foetentem ingratumque odorem et ingentem amáritiem neglecta: et tertia demum ſub nomine muriaticorum fontium venit.

I. MINERA BALNEI.

Frigida ad pedem collis in loco admodum petroſo, undique marte ſulphure et biſmutho, ut auctor eſt Expert. Medienſis Phyſicus *Fronius*, foeto, magna ſatis vena ſub dio ſcaturit turbida, ſaporis ſalſi, bituminoſi, odoris ſulphurei. Hoc ſingulare phaenomen haec aquae minera calidiſſimo aeſtatis tempore, ſcilicet Julio Auguſtoque menſibus, exhibet, ut ab applicata quacunque ignea ſubſtantia tota fontis ſuperficies inflammetur, et per aliquot momenta flammis tegatur, Caeterum accolae aquam candentibus ſilicibus in balneum, quo domi utuntur, excalefaciunt, dum ordinata ibi balnea non ſunt. Octobri menſe lagena rite concluſa et Viennam transvecta aqua, clara ſatis, guſtu ſalina, non phlogiſticata, nec ſpirituoſa, ita experimentis reſſpondit.

I. Cum auripigmenti liquore poſt decem minuta ex viridi flaveſcere coepit, et metalli dejicere atomos.

II. Lu-

Digitized by Google

II. Lactefcebat parum a lixivio phlogiſtica- to, adjecto vero nitri acido illico coeruleam nubem concoepit, daturam, quod brevi dimiſit, coeruleum berolinenſe.

III. A tartari liquamine nubem ſuſpendit in medio albam, quae, poſtquam reſediſſet, ab- jecta ſuperflua aqua illico cum prioribus reagen- tibus in coeruleum berolinenſe verſa eſt.

IV. Parum omnino cum mercurii ſolutione lacteſcebat, adjecta calens hanc lacteſcentiam extenuavit, colorem alium non excitavit.

Inter evaporandum turbabatur tenuemque pulverulentam cuticulam contrahebat. Evaporati- one duarum librarum ad finem deducta, reſidu- um ſiccum calens crepitabat ſalis muriatici con- ſueto phoenomeno: conſpiciebatur in fundo vi- tri collecta ochra: totum pendebat ſeptuaginta octo grana, ex quibus pulvis filtri ſibi quatuor ſumſit, ſal ſiccatus in arenae balneo ſeptuagin- ta quinque.

Pulvis terreo-ſeu ſordide ochreaceus in ipſo reagentium contactu martialis elementi fidem fecit: et cum mercurii ſolutione et aqua calente terrae abſorbentis et ſelenitis.

Sal in margine ut muriaticus eſſe ſolet effloreſcens cruſtoſus, in medio cubicus, interjectis inter hos minimis et irregularis figurae punctulis cryſtalliſatus, ſiccatus in arenae balneo, ſolutionem nitroſam mercurii lacteſcentem reddidit, quam calens aqua extenuavit non coloravit. Nulla ſui parte cum acidis efferbuit ſal, totus muriaticus fuit, et omnino diligenter aurum ſolvit etc. etc.; a ſolutione ſalis tartari parum lacteſcebat et praecipitabatur; vernice obductus non omnis probe cryſtalliſari potuit.

Ut ergo haec balnei minera phlogiſticato gaudens ſpiritu, conſtetur terra abſorbente et martiali, pauco ſelenite, et maximo ſalis muriatici pondere, et certis temporibus terrae oleo.

II. MI-

II. MINERA AMARA SALSA.

A priori quadraginta circiter paſſuum diſtantia e rupe prorumpit pellucida, cryſtallina, guſtus judicio amara, et ut ſaturatiſſima muriatici ſalis muria, ſalſa, olfactus, graveolens foetidiſſimi hepatis ſulphuris odore praedita. Emetica eſt et purgans.

Ut prior Viennam tranſmiſſa, illâ vix clarior, ſalſiſſima, non phlogiſticata nec ſpirituoſa ſic ſe cum reagentibus geſſit.

I. Cum auripigmenti liquore mox fuſceſcebat, divulſasque nubes ducebat.

II. Inſtillatum lixivium phlogiſticatum deſcendere per liquidum non potuit, mox liquidi ſuperficiem turbabat denſa nube: unde lacerae membranae albidae brevi dimitterentur, quae adjecto nitri acido conſumptae non illico martiale elementum, ſed ſolum poſt diem teſtatae ſunt.

III. Cum tartari oleo multum, et albidum ſedimentum poſuit.

Digitized by Google

IV. Cum ſolutione mercurii perlate lacteſcebat, nec adjecta calente mutabatur.

Inter evaporandum cutem pulverulentam ducebat, ſub finem multum et cum ſtrepitu ſuſurrabat; duarum librarum reſiduum calens ſiccum crepitabat, et collectam in fundo rubentem ochram gerebat; pendebat drachmas ſeptem cum ſex et triginta granis, in quibus pulvis filtri ſibi paulo plus quam tria ſumebat, ſal per quatuor et ultra horas, in balneo arenae ſiccatus habuit unciam unam, drachmas tres, grana viginti duo.

Pulvis, quaſi totus ochra foret, coloratus vehementiſſime cum nitri acido efferbuit, interveniente lixivio phlogiſticato martiale elementum brevi teſtatus eſt; cum mercurii nitroſa ſolutione vero terram abſorbentem.

Sal effloreſcens cruſtoſus et cubicus, totus muriaticus, non compoſitus in omnibus experimentis.

Ut ergo amara haec et ſalſa minera phlogiſticato foetidoque gaudens ſpiritu, confletur

terra

terra abſorbente pauca, pauca martiali, copioſiſſimo muriatico ſale, nullo mirabili aut catharctico etſi amara ſit.

An ob nimiam ſalſuginem purgans: aliquando emetica? videtur; libra una aquae habet ſalis muriatici unciam ſemis cum drachma una et quadraginta et uno grano.

III. MINERA MURIATICA

Ex alia, haud longo ſpatii intervallo a priore erumpit ſcaturigine, non ſimplici nec unica, quae collectae rivulum conſtituunt. Ipſa venae aqua clara, pellucida impuritatibus priorum vacua, nec bituminoſa eſt, nec ſulphurea, multo communi ſale gravida, ut facile excoqui poſſit et pro uſu oeconomico ac pecoribus adhiberi. Aquam non habui, hinc examinare non potui, nec intereſt; forte adhuc majorem quantitatem muriatici ſalis praecedente largitur.

Omnibus compulſis trium harum ſcaturiginum minera aquae, eadem eſt muriatica, tan-

tum

Digitized by Google

tum pro diverſitate venarum vitiata, et aliis nupta. Balnea omnino efficacia ſuppeditare poteſt

---

XI. DISTRICT. SAXONICAL. BISZTRICIENSIS.

RADNA. ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXAMINAT. R. PATRE JOHANNE. FRIDVALDSKI. SOC. JES.

Vallis Radna ultra oppidum cognominis tribus *Biſztricio* milliaribus diſtans, inter montes ubi ferri et aurifodinae et calcarei fornaces reperiuntur, quatuor habet fontes acidulares: ſingulos intenſe rubrum ſedimentum ponentes. Ex his excellit.

I. RADNA.

Ad ferrifodinam ſex horarum ſpatio ab oppido diſtans, utpote caeteris frigidior, limpidior, ſpiritibus aethereis ditior, ſapore gratior et mordicantior, odore vitriolico penetrantior. Hujus aqua.

I. De-

Digitized by Google

I. Defluens lapidem gignit, qui in acidis ſolvitur.

II. Aqua ſi coquatur, odorem naphtae, quo ſingulari imbuitur, illico perdit.

III. Lenta evaporatione diſperſa, terram praebet, quae per ſubſequam ignitionem calce quavis magis cauſtica redditur.

IV. Aquae ex ſcaturigine acceptae inſtillatum eſt oleum tartari per deliquium, ſubſidit terra alba, ſed quae ſyrŭpum violarum viridi colore tinxit.

V. Reſiduum aquae praecipitatae, cum nullo alcali novam praecipitationem paſſum eſt, ſed cum acidis conflixit; ſaporis fuit alcalini, non tamen valde cauſtici.

VI. Si diuturna coctione reſiduum aquae praecipitatae urgeas, dabit ſalem magis cauſticum.

VII. Nulla in hoc fonte, vel terra per praecipitationem aut evaporationem ſubſidente,

indicia

indicia ſalis urinoſi deprehenſa ſunt. Et hucuſque R. P. *Fidvaldsky*.

Ventriculum caeterum non onerat, alvum facile movet, et laxat copioſe, foeces atro colore tingit, per vias urinae promtiſſime tranſit, appetitum valde accendit. Prope hunc etiam ligna petrefacta reperiuntur. Expertiſſ. *Máttyus*.

Expertiſſ. *Seivert* hanc acidulam gratam et ſpiritu aethaereo admodum levi, ſale medio laxante et principio martiali conſtantem cenſet. Sed exacta ejus deſideratur analyſis Clar. *CRANTZ*.

II. MÁJOR.

Ibidem, cis oppidum ad jactum lapidis a decurſu fluvii *Szàmòs*, in medio campo e vertice collis lapidei, alius magnis ex venis cum murmure eructat fons tantam materiae lapideae quantitatem, ut facile collem ipſum ex hac aqua accumulatum eſſe credatur. Claritate, odore, (qui ſulphureo-bituminoſus eſt) ut etiam ſapore non valde ſe commendat; ſed quoniam

Digitized by Google

am alvum prompte et copioſe movet, aliquam diu in aere libero adſervata, aut aliorſum translata, multo largius; acceſſum quoque morbidis faciliorem praebet, prae illa priore frequentatur, licet multorum ventriculo moleſtus ſit. Alvi foeces nigrore haud inficit, ſedimentum flavum ponit: aqua defluens in ſpumas acta ab ipſo colle abſorbetur. Expertiſſ. *Máttyus.*

Hanc acidulam alcalinam ſimplicem cenſet Celeberr. *Chenot.* ſed vera ejus analyſis deſideratur. Clariſſ. *CRANTZ.*

III. SZENT GYÖRGY.

Ibidem ad pagum *St. György* aeque lapidificus his diebus celebratur fons, ſapore quidem minus gratus, effectibus autem fama teſte, praeſtantior. Haec ab oculatis accepi; mihi has viſitare nondum licuit. Expert. *Máttyus.* Deſideratur analyſis Clar. *CRANTZ.*

Haec ſcripſeram dum de his ſequentem analyſim ab Expert. et Doctiſſ. Viro *Zágoni* Med. Doctor. recipit Clariſſ. Proff. *CRANTZ* itaque.

RAD-

RÁDNA SUPER. MÁJOR.

AUCTOR. ET EXPLORATOR. EXPERT. M. D.

ZÁGONI.

Ea Tranſylvaniae pars, quae a ſeptentrione *Moldaviae*, ab ortu *Marmatiae* finibus clauditur, Diſtrictus militaris Radnenſis hodie audit. Regio praeruptis undique montibus, ſylvisque in ipſam Moldaviam uſque, Poloniam et Hungariam longe lateque excurrentibus aſpera, ab oppido olim inclyto nunc deſolato, *Radna*, cognomen ſortitur. Alias inter, quas natura in ipſam effudit, divitias, auri, argenti, plumbi, et maxime ferri abundat mineris, quae antiquitus ſedulo admodum colebantur, noſtra vero aetate, ſi plumbum excipias, penitus negliguntur. Tanta eſt praeſtantiſſimarum aquarum mineralium aeque ac dulcium, nec non fluviorum limpidiſſimam aquam rapido curſu copioſe vehen-

tium-

tium abundantia, ut tota regio opulentiſſimum quaſi hydrophylacium dici poſſit: quae omnes in principem ejus loci fluvium *ſamuſium* collectae, ad ductum vallis amoeniſſimae, in ulteriorem Tranſylvaniam evehuntur.

Incolas alit natione Vallachos, homines rudes, incultos latrociniis olim adſvetos nunc Marti conſecratos et militari ritu perpolitos. Magna pars incolarum grandioribus foedatur ſtrumis et hoc nomine ſequior ſexus palmam nobiliori eripit. Ea enim eſt poteſtas nonnullarum ejus loci aquarum, ut non hominibus ſolum, verum aquaticis etiam avibus, anſeribus nempe et anatibus ſtrumas inducat.

Rem arduam omnino moliretur, quisquis omnium, qui ſparſim erumpunt mineralium fontium deſcriptionem, accuratumque eorum examen tentaret, cum numerus eorum Thebarum portas, et divitis oſtia Nili longe ſuperet. Mihi caeteris ſilentio preſſis nobile par fontium arriſit,

in quo arcana naturae mirari licuit.. Eorum alter cognomine *Radnenſis*, in territorio pagi *Mâjor* dicti, aequali fere diſtantia, inter oppidum *Radna* et proxime memoratum *Mâjor* mediae non niſi horae ſpatio, aquas ebullit, alter ad pagum *Sancti Georgii* vulgo *ſzent György* dicti, divite admodum vena effluit.

Quod attinet Radnenſem ſeu illum *Mâjor*, non indigna hic ſpectantur hydraulices, quae natura poſuit, artificia. Situs enim fons eſt in valle profundiſſima, centum praeter propter paſſibus a radice montis, qui ipſi imminet, ardui, remotus. Locus certe ipſi in primordio erumpentis hujus fontis, quantum opinari fas eſt, a natura conceſſus eſt admodum depreſſus, et horizonti vallis parallelus, verum quod paulatim natura molita eſt, et in ipſo fontis apparatu nunc mirari oportet, longo jam ſeculorum tractu, ſucceſſive perfecit. Surrexit enim paulatim collis ad inſtar coni, in altitudinem ſex circiter orgyarum, cujus apex in planum ductus, diametrum quadragin-

Digitized by Google

ginta paſſuum complet, et commodum aquae potoribus ambulacrum concedit. Hujus centro inſidet fons, verticaliter aquas eructans, eo quidem boatu, quem per anguſtam petroſi fundi crepidinem violenta aquarum eruptio format, ut ignaros latentis hujus machinae viatores, nocte inprimis ſilente, e longinquo venientes reddat attonitos.

Aquae hac violentia erumpentis, ob neglectum, quaquaverſum ex vertice collis diſperſae qua data porta ad declivitatem ruentes, diverſa collis lambebant latera, aliquamdiu hanc partem affectantes, mox praecluſo ſibi itinere alium ſumentes decurſum, unde perpetua ex praecipitatis, quae aquae inſunt principiis, maxime vero terra calcarea, creſcentis colliculi acceſſio. Maxima enim, quam unquam vidi, hujus aquae eſt lapidem generandi poteſtas, hinc creſcit in dies ſenſibili augmento circumferentia crepidinis, augetur lapidoſa moles ad defluvium hujus aquae, et jucun-

Digitized by Google

do admodum ſpectaculo ſtratum ſuper ſtratum, ſi fodiatur collis, viſitur, ut adeo omnis colliculi geneſis huic aquae debeatur.

Caeterum quod ſpectat fontis Radnenſis indolem, bullantes et ſuſurantes adeo eructat aquas, ut in maximis lebetibus bullientium aquarum ſtrepitus ei nequeat comparari.

Aquae recenter hauſtae, aut ex vitro in vitrum effuſae, plurimis ſcatent bullulis: aliquamdiu ſibi relictae, innumeris ſuperficiem vaſis obſident novis: caeterum limpidiſſima plerumque, at non raro opalini coloris. Sapor pungens, palatum morſicans, non nihil vinoſus et quadantenus ſalſus, adhaec frigidioribus adnumerandus fontibus. Odor penetrans quaſi ſulphureus, proximus illi, mitior tamen longe, quem ferventia vina emittunt.

Crepidinem petroſam, et defluentis aquae meatum, ochra martis tegit, inter croceum et

pro-

Digitized by Google

profunde rubentem ambigens. Hauſtae aquae alvum inſigniter laxant, in nonnullis larga diureſi vim exerunt.

I. Inſtillato ſyrupo violarum nulla coloris mutatio ſubſecuta, etiam poſt agitationem: verum diutiori mora interpoſita virideſcebat, et demum in modum graminei viroris exaltabatur.

II. Inſtillato ſpiritu vitrioli ſtatim bullae rarae, copioſae: agitata modice, efferveſcentia cum ſibilo, perſiſtente mixtione clara: odor non niſi vitrioli.

III. Cum ſpiritu nitri efferveſcentia promtior, copioſa bullularum ejectio, quae ſimilitudinem globulorum mercurialium referebant: aqua perſtabat clara.

IV. Cum ſpiritu ſalis ſimilis efferveſcentia.

V. Cum ſolutione Lunae in aqua forti, lacteſcentia denſa, alba, cum flocculis, ſedimen-

to craſſo, fragmentoſo, ſuperficiem etiam ſimili obtegente, et demum ſubſidente.

VI. Oleo tartari p. d. lacteſcentia, nulli motus.

VII. Solutio mercurii ſublimati corroſivi, et dulcis nullam, aquae adfuſa mutationem conciliabat, nullus color aurantius ſubſequebatur, verum poſt moram diutiorem ſuperficies cremoracea.

VIII. Solutioni reſidui poſt omnem evaporationem filtratae, inſtillata ſolutio mercurii ſublimati corroſivi extemplo purpureum excitavit colorem.

IX. Solutionem hanc reſidui ſyrupus etiam violarum mutavit in colorem viridem elegantem.

X. Reſiduum poſt omnimodam evaporationem cum ſale ammoniaco tritum, odorem urinoſum vehementem expulit.

XI.

Digitized by Google

XI. Vino acidulo affuſa haec aqua, ſi offa panis furcella applicetur, eademque miſcela ſedulo agitetur, effervefcit vehementer, fumat, et ſpumas, una cum particulis conflictantibus, e poculo exſilientes jucundo ſpectaculo agit.

Plurimum aquae, integram, imo unam cum dimidia urnam, evaporationi ſubjiciebam, ut ope hujus copioſum adquirerem ſedimentum; priusquam ebullientis aquae caloris gradum attingeret, turbida fiebat, et copioſo ſedimento albo tota denſabatur aqua. Determinata vero ejus quantitas, ſex nempe aquae librae, acurata quantum fieri potuit evaporatione, tres drachmas cum granis quinque exhibebant;

Sedimentum hoc omni induſtria exſiccatum, chartaeque ſiccae incluſum, ſi liberiori aliquamdiu exponeretur äeri, humeſcebat, et chartam etiam madidam reddebat. Hoc igitur reſiduum aqua deſtillata elutrio, obtineo ſicci in filtro pulveris

drachmas duas cum granis triginta ſeptem, ſalis viginti octo.

Pulvis ſordide albo gryſeus cum acido nitri efferbuit et tumuit, et in ipſo contactu lixivii phlogiſticati, pulchri coerulei berolinenſis ſpem fecit: cum mercurii ſolutione in acido nitri terram abſorbentem exhibuit.

Sal duplex fuit, primum in vaſis fundum et ad latera terreum, lente viſum, ſelenitici habitus: aliud primi facie, ſed guſtu alcalicum, quod cum tinctura curcumae in dilutam ſanguinis tincturam abivit: cum acido nitri efferbuit et nitrum cubicum generavit, dum primum non ſolveretur in aqua, et guſtu inſipidum fere eſſet, et tamen cum tinctura curcumae, cum nitroſa mercurii ſolutione, terrae abſorbentis ſalinae, non ſelenitis ſigna daret.

Praecedentium ſalium concretionibus inſiſtebat lixivium mater valde coloratum, quod diu cry-

Digitized by Google

cryſtalliſari renuit, tandem igni admotum ſubito figebatur in pinguia brunno-flava tubercula gemmarum fere, ſed irregulari more ſecta, parte multa cute, quae ramoſa dumetoſaque erat, cooperta. Haec guſtu balſamica ſalſa tamen, aurum ſolvebant, ſuper ardentes carbones crepitabant, ab acido nitri ſoluta nitrum dabant cubicum, cum ſpiritu ſalis ſalem muriaticum in parvulis cubulis. Cruſta dumetoſa efferbuit, cum ſolutione mercurii flavum turpethinum colorem quaſi induebat, qui adjecta fervente diſparebat. Sed poſt haec ſpectacula exactius repetam analyſim, ut praeter muriaticum genium, illud primi ſalis definiam.

SZENT-GYÖRGY ACID. TRANSYL.

AUCTOR. ET EXPLORAT. EXPERT. M. D.

ZÁGONI.

Alter quem ſuperius innuebam, in eodem diſtrictu, fons mineralis ad vicum *St. Georgii*

 erum-

erumpit, et ſpatio duarum horarum a *Radnenſi* ſeu *Mújor* diſterminatur, factoque in latere petrae cujusdam ſibi foramine, divite admodum rivulo copioſam effundit aquam.

Multa hic etiam occurrunt quae ſpectatorem in admirationem rapiunt; omnia enim, quae fontem circumſtant luculenter oſtendunt, non ex eodem ſemper loco fontem hunc proſiliiſſe. Imminet nunc ſalienti, collis petroſus juſtae altitudinis, cujus verticem fontem hunc olim tenuiſſe, et more Radnenſis aquam ibidem ſaliiſſe certum eſt. Detritum enim colliculi latus, amoeno admodum ſpectaculo diverſa paulatim creſcentis colliculi ſtrata oſtendit, quae, rubor ochreaceus, hodiedum defluentis aquae alveum profunda rubedine tingens, eleganter diſtinguit. Hinc opinari fas eſt collem, hunc fontem deſeruiſſe: quum ex legibus hydroſtaticis altius ſalire non potuerit, ſicque in loco humiliori, ad radicem nempe exitum ſibi quaeſiviſſe; fas etiam eſt, augurari fore ut ſucceſſivo temporis tractu, alium rurſus ſibi

exi-

Digitized by Google

exitum moliatur, quum lapidoſa moles, notabili in dies incremento creſcat, viam aquae olim occluſura.

Caeterum hic fons, quemadmodum divite valde Vena effluit, ita ſpirituum opulentia vix ulli cedit, ſeu feracitatem bullularum effuſo vel hauſto fonte, ſeu ſulphuraceum, vel potius peculiarem his fontibus, et ferventis vini propriorem odorem ſpectes. Sapor quaſi vinoſus, ſalſus, maxime ſi aliquamdiu moram in vaſe trahat, modice non moleſte tamen adſtringens; hinc ſeu major ſpirituum prae *Radnenſi* copia, ſeu ea, quae ineſt fauces anguſtandi vis, vel utraque ex cauſa fiat, adeo plena ex hoc fonte pocula uno hauſtu vacuari nequeunt, quin ſuffocationem ſi urgeas, minitetur.

Vis etiam alvum laxandi huic quam *Radnenſi* major, quamvis utriſque tanta, quanta nec nobiliſſimo totius Tranſylvaniae fonti qui in alpibus *Gyergyovienſibus*, non longe pariter a finibus *Moldaviae* erumpit.

Ec-

Digitized by Google

Eadem hic etiam, quae *Radnenſis* ac ille *Major*, exhibet phoenomena. Nobis ocaſione deſtitutis, evaporationi aquam ſubjicere et ſedimentum transmittendum colligere non licuit. Certum tamen eſt eadem hic etiam, quae in *Radnenſi* dominari principia, ditior tamen omni dote, ſpirituum nempe et principiorum opulentia ipſi palmam eripit. Facto non ita pridem in contractura artuum experimento, miracula praeſtitit. Anhelat analyſim Celeb. Praeceptor.

MEDVE-PATAKA.

Perou - Urſzuluy Vallachi vocant, in territorio Radnenſi tribus ab oppido *Radna* horis ſituatur et mineram alcalino martialem habet. Celeb. *Chenot*, utinam analyſi confirmatam Clar. *CRANTZ*.

Habentur praeterea plurimi adhuc fontes grate morſicantes acidulares in hoc territorio, quae e ripa ſupra allegati fluvii *Számos* avaris

pro-

Digitized by Google

propullulant venis aeſtate ſitim praetereuntium ſedantes et ſingulae ochram deponentes; minus tamen celebres. Merentur examinari.

XII. SEDES SAXONICALIS RUPES.

RUPES. PHLOGIST. FONS. TRANSYL.

Oppidum *Rupes* unius diei cum dimidio *Corona* urbe, et ſex horarum ſpatio ab *Udvarhelly* diſtans mineralem poſſidet fontem, qui e radice montis, cui fortal cium innititur, in ſuperiori oppidi parte loco admodum ſaxoſo effertur.

Aqua Vitro excepta, clara, pellucida, colore gaudens coeruleſcente; ſaporem habet ſalſum nauſeoſum vitrioli ſolutionis adinſtar; nares odorantium ſpiritu ferit admodum foetido, bituminoſo, ſulphureoque, hinc ab accolis nomen foetidi fontis hic fons ſortitur, alveum non ochra ſed limo ex albo-pallido incruſtat.

Haud

Haud raro in balneum trahitur pulcherrimis ſalutaribus effectibus proficuum. Analyſim op- tat Clar. *CRANTZ.*

MIRK-VÁSÁR. ACID. TRANSYL.

Germanis *Streitfort* appellari conſuevit vicus, duabus a praenominato oppido *Rupes* horis facile remotus. Hic in valle mediocri dimidia a vico hora, ad ripam praeterlabentis alvei fontem exhibet avara vena profluum; guſtu tamen ſapidum, vinoſum, vimque cum ſpiritu conjunctam poſſidentem, morſicantem; ſedimentum deponit ochreaceum ex rubro flaveſcens. In multis convenit cum illo *lövötenſi* et *Száldobosienſi*, viribus vero medicatis inferior cenſetur, minusque celebratus.

Notari meretur adhuc, ſalſos etiam fontes ubique fere, ubi acidulae dantur, plures reperiri. Sunt etiam ſtagnantes piſcinae ſalſae plures, a quibus omne pecus arceri debet, ſiquidem compertum ſit, harum immodico hauſtu pecudes enecari,

ri, dum piſces in ipſo pone ſale vivere videntur, et viventes adeo dulcis aquae impatientes ſunt, ut in eam immiſſi exanimentur. Hoc certo teſtatur Clariſſ. Praeceptor *CRANTZ*, ſe Tranſylvaniae plures a Clariſſ. Viro *Chenot* Med. D. plantas accepiſſe, quae ſolum circa maria in ſalſis aquis creſcunt.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google